in concreto põt suppõere pro quo libet ɔtentoꝝ sub nã cõi sic hoc nomẽ hõ põt suppõere ꝓ quolibet homine singulari: ⁊ ita hoc nom̃ deus ex ipso mõ sue sĩgatiõis põt suppõere ꝓ pª filij di: vt ẽt in pª parte habitũ est. De quolꝫ aũt suppõ alicuiꝰ nãe põt ve et ꝓprie predicari nomen signũ illam nãm in concreto: sicut de sorte et platone proprie et vere predicatur homo. q̈ ꝗ pª filij dei ꝓ qua suppõit hoc nomẽ deꝰ ẽ suppm nãe hũane vere ⁊ ꝓprie hoc nomen homo potest predicari de hoc nomine deus ẽm q̈ supponit pro persona filij dei.

Ad pm Ad primũ ꝗ dõm: q̈ qñ forme diuerse ñ pñt cõuenire in vnum suppm: tunc oꝫ q̈ ꝓpõ sit ĩ mã remota cuiꝰ subꝫ sĩgt vnã illaꝝ formaꝝ ⁊ p̃dicatũ aliam ſꝫ qñ due forme pñt ɔuẽire in vnũ suppm non est: mã remota: sed nãlis vel ɔtĩgens: sicut cũ dico albũ ẽ musicũ. Mã ãt dĩna ⁊ huª: q̃uis sint maxime distãtes tñ ɔueniũt ꝑ incarnatiõis mysteriũ in vno supposito: cui neutra illaꝝ ĩest ꝑ accidẽs ſꝫ ꝑ se. Et iõ ꝯ ꝓpõ: deꝰ ẽ hõ: non est neq̧ in mã remota neq̧ in mã ɔtingẽti: sed in mã nãli ⁊ p̃dicat̃ hõ de deo nõ ꝑ acciñs: sed ꝑ se. sic spẽs de sua hypostasi: nõ q̃dem rõne forme significate ꝑ hoc nomẽ deus sed ratione suppositi quod ẽ hypostasis hũane nãe.

Ad 2m ¶ Ad 2m dõm: q̈ tres persone dĩne ɔueniũt in nã: distinguuntur tñ in supposito ⁊ iõ non predicatur de inuicem In mysterio ãt ĩcarnationis nãe quidem q̈ distincte sunt de se inuicẽ nõ p̃dicat̃ ẽm q̈ sĩgnt ĩ abstracto. Non. n. nã dĩna est huª: sed q̈

Ad 3m ɔueniũt in supposito p̃dicãt̃ de inuicẽ ĩ ɔcreto. ¶ Ad 3m dõm q̈ aĩa et caro sĩgnt: vt in abstracto: sicut diuinitas ⁊ hũanitas: in cõcreto vo dñr aĩatũ ⁊ carneũ siue corporeum: sic et ex alia pte deus et hõ. Vñ ⁊ vtrobiq̧ abstractuꝫ non p̃dicatur de abstracto sed solũ concretum de ɔcreto. ¶ Ad 4m dõꝫ q̈ hoc nom̃ hõ p̃dicat̃ de deo rõne vniõis in pª: q̃ q̃dẽ vnio relatiõeꝫ ĩportat. Et iõ nõ seq̇t̃ relãm coꝝ noiuꝫ que absolute predicãtur de deo ab eterno. ad 4m

¶ Vtrũ ꝗ sit va hõ ẽ deꝰ. Arti. II.

pm. 

Ad secundum sic proceditur: Videt̃ q̈ hec sit fla: hõ ẽ deꝰ. Deꝰ. n. ẽ nomẽ ĩ cõicabile. vñ sap. 13. reprehẽdunt̃ idolatre de hoc q̈ hoc nomen deꝰ qd est incõicabile: lignis ⁊ lapidibꝰ imposuerunt: ergo pari rõne vr̃ esse inconueniens q̈ hoc nomen deus predicetur de homine. ¶ P̃. qcqd

2m p̃dicatur de predicato predicatur de subiecto. Sed hec est vera: deꝰ est pater: vel deus est trinitas. Si ergo hec sit vera: homo est deus: videtur q̈ hec etiaꝫ sit vera: homo est pater: vel homo vnitas: quas quidẽ patet esse falsas. ergo ⁊ primam. ¶ P̃. in ps. dicitur: non erit

3m. in te deus recens. Sed homo ẽ q̃ddam recens. non. n. xp̃s semper fuit homo: ꝗ hec est falsa: hõ est deꝰ.

ĩ oppm Sɔtra est qd dr̃ Ro. 9. Ex quibus est xp̃s ẽm carneꝫ qui est super omnia deꝰ bñdictus in secula. sed xp̃s ẽm carnẽ est hõ ergo hec est vera. hõ est deꝰ

Rñº pricip. hec propositio ẽ va hõ est deꝰ. 3. d. 7. q̃. Respõdeo dicendũ: q̈ suppª veritate vtriusq̧ nature diuine ⁊ humane ⁊ vnione ĩ persona ⁊ hypostasi hec est va ⁊ propria: homo est deus sicut ⁊ ista deus ẽ hõ. Hoc. n. nomen hõ põt supponere ꝓ qualibet hypostasi hũane nãe. ⁊ ita potest supponere pro persona filij dei: quã dicimus esse hypostasim humane. Manifestum est autem q̈ de persona filij dei vere et proprie predicatur hoc nomen deus: vt in prima parte habituꝫ est. Vnde relinquitur q̈ hec sit vera et propria homo est deus.

Ad pᵐ **Ad primū** ḡ dōm: ꝙ idolatre attribuebāt nomē deitatis lapidibus ꝛ lignis ẜm ꝙ i sua nā ꝯsiderāẜ: q̄ꝛ putabant i illis aliq̄d numis eē: nos āt nō attribuim⁹ nomē deitatis hoī ẜm huᵃᵐ nām: sꝫ ẜm suppᵐ eternū: qđ ē ēt ꝑ vniōnē suppᵐ hūane nāe: vt dcm̄ est. ℂ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ

Ad 2ᵐ hᵒ nomē pr̄ p̄dicaẜ de hoc noīe deus ẜm ꝙ hoc nomē deus supponit ꝑ pᵃ patris: sic āt non p̄dicaẜ de pᵃ filij: q̄ꝛ pᵃ filij nō ē pᵃ p̄ris: ꝛ p ꝯn̄s nō oꝫ ꝙ hoc nomē pater predicetẜ de hoc noīe hō: de q̄ predicatur hoc nomē deus iq̄ꝫtum ly

Ad 3ᵐ hō supponit propᵃ filij. ℂ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ lꝫ huᵃ nā in xp̄o sit qđdaꝫ recēs: tn̄ suppositū huᵉ nāe nō est recens: sꝫ eternuꝫ: ꝛ q̄ꝛ hoc nomē deus nō p̄dicaẜ de hoīe rōne huᵉ nāe: sꝫ rōne suppⁱ: nō seq̄tur ꝙ ponam⁹ deū recētē: seq̄retur āt si ponerem⁹ ꝙ hō supponit suppositū creatum ẜm ꝙ oꝫ dicere eos q̄ in xp̄o ponunt duo suppᵃ.

ℂ Utrum xp̄s possit dici homo dn̄icus Arti. III.

primū. **A**D tertiuꝫ sic p̄cedi tur. Ur̄ ꝙ xp̄s possit dici hō dn̄ic⁹. Dicit. n. Aug. i li. 83. q. Monēdum est vt illa bōa expectētur q̄ fuerūt i hoīe dn̄ico loquiẜ aūt de xp̄o ergo vr̄ ꝙ xp̄s sit hō dn̄ic⁹. ℂ P̄. sic dīnū cō

2ᵐ uenit xp̄o rōne dīne nāe: ita ēt humanitas ꝑtinet. ad huᵃᵐ nāꝫ. Sꝫ de⁹ dr̄ hūanat⁹ vt pꝫ p. Dam̄ in. 3. li. vbi diċ ꝙ hūanatōeā q̄ ad hoīeꝫ copulaᵉᵐ demr̄at: ḡ pi rōe p̄t dici

3ᵐ. dnoīatie ꝙ hō ille sit dn̄ic⁹ ℂ P̄ sic dn̄ic⁹ denoīatiue dr̄ a dn̄o: ita dīnus denoīatiue dr̄ a dō: sꝫ Diony. xp̄ꝫ noīat dīnissimū iesū: ḡ pi rōne p̄t dici ꝙ xp̄s sit hō dn̄icus.

i opp ᵐ **Sꝫ cōtra** est qđ Aug. diċ in li. retrac. nō video vtrū recte dicaẜ hō dn̄icus iesus xp̄s cum sit vtiq̄ȝ dominus.

Rn̄deo dōm: ꝙ sic. s̄. dcm̄ ē. cū dr̄ hō xp̄s Jesus designat suppᵐ eternū qđ est pᵃ filij dei pp hoc ꝙ ē vnū suppᵐ vtriusq̄ȝ nāe de pᵃ aūt filij dei p̄dicaẜ deus ꝛ dn̄s eēntialr̄: ꝛ iō non dꝫ p̄dicari denoīatiue: q̄ꝛ hoc derogat ꝟitati vniōis. Un̄ cū dn̄ic⁹ dicaẜ denoīatiue a dn̄o nō p̄t vere ꝛ ꝓp̄e dici ꝙ hō ille sit dn̄ic⁹: sꝫ magis ꝙ sit dn̄s. si āt p hoc ꝙ dr̄ hō xp̄s iesus designaẜ suppᵐ aliqđ creatū ẜm illos q̄ ponūt i xp̄o duo suppᵃ posset dici hō ille dn̄icus: inq̄ꝫtum sumiẜ ad ꝑticipationē honoris dīni sic Nestoriani posuerunt: ꝛ hoc etiaꝫ mō huᵃ nā nō dr̄ eēntialiter dea: sꝫ deificata: nō quidē p cōuersionem ipsi⁹ in dinā nām: sꝫ p dei ꝯiunctionem ad dinam nām i vna hypostasi: vt pꝫ p Dam̄ in. 3. lib. Rn̄ᵒ. principᵉ xp̄s nō p̄t esse homo dn̄icus 3. s̄. art. 2.

Ad pᵐ **Ad primū** ergo dōꝫ: ꝙ Au. verba illa ꝛ silia retractat in li. retrac. Un̄ post verba p̄missa li. retra sb̄dit. vbicūq̄ȝ hᵒ dixi. s. ꝙ xp̄s Jesus sit hō dn̄icus dixisse me nollē. Postea q̄ppe vidi nō eē dōm: q̄uis non nulla rōne posset defendi: q̄ꝛ. s. posset aliq̄s dicerẜ ꝙ dr̄ hō dn̄icus rōne hūane nāe quā siḡt hoc nomē hō: nō aūt rōne suppⁱ. ℂ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ illđ

Ad 2ᵐ vnuꝫ suppᵐ qđ ē huᵉ ꝛ dine nāe. pᵒ quidem fuit dine nāe. s. ab eterno postea aūt ex tp̄e p incarnationeꝫ fcm̄ ē suppᵐ huᵉ nāe. ꝛ hac rōne dr̄ hūanatum: non q̄ꝛ assūpserit hoīeꝫ: sꝫ q̄ꝛ assūpsit huᵃᵐ nāꝫ. Nō aūt sic est ecōuerso ꝙ suppᵐ huᵉ nāe assūpserit dinam nām. Un̄ nō

Ad 3ᵐ. p̄t dici homo deificat⁹ vl' dn̄icus. ℂ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ hoc nomē dinū ꝯsueuit p̄dicari ēt de his de q̄bus p̄dicaẜ eēntialr̄ hoc nomen deus. Dicimus. n. ꝙ dina eēntia ē deus rōne idētitatis: ꝛ ꝙ eēntia est dei siue dina pp diuersū mōꝫ siḡndi ꝛ ꝟbū dinā cū tn̄ ꝟbū sit de⁹. et silr̄ dicim⁹ pᵃᵐ dinā: sic ꝛ pᵃᵐ Platonis pp diuersū mōꝫ siḡndi. Sꝫ

dominicus nō dr̄ de his de q̄bus dn̄s p̄dicat̄. Nō. n. ꝯsueuit dici ꝙ aliq̄s hō q̄ ē dn̄s sit dn̄ic⁹ sed illud ꝙ qualitcūq̧ est dn̄i dn̄icū dr̄: sicut dn̄ica volūtas vl' dn̄ica manus vel dn̄ica passio: ⁊ iō ip̄e hō xp̄s q̄ est dn̄s nō pōt dici dn̄ic⁹. ſʒ pōt caro eius dici caro dn̄ica et passio eius potest dici passio dominica.

¶ Utrum ea q̄ cōueniūt filio hominis possint p̄dicari ꝺ filio dei et econuerso. Ar. iiij.

pm. Ad quartū sic procedit̄. vr̄ ꝙ ea q̄ sūt hūane nāe non pn̄t dici de deo. Impoiē. n. ē opp^a de eodē p̄dicari: sed ea que sunt hūane nāe sunt ꝯ̄ria his q̄ sūt ꝓpria dei. De⁹. n. ē increatus immutabilis ⁊ etern⁹ ad hūanā autē nām pertinet: vt sit creata tp̄alis ⁊ mutabilis. ḡ ea q̄ sunt hūane nature n̄ pn̄t dici de deo.

2m ¶ P̄. attribuet̄ deo ea que ad defectū ptinēt: vr̄ derogare diuino honori ⁊ ad blasphemiā ptinere: sed ea q̄ sūt hūane nāe ꝺfectuʒ q̄ndā ꝯtinēt: sic pati. mori ⁊ alia h⁹i: ḡ vr̄ ꝙ nullo^o ea q̄ sunt humane nāe possint dici de deo.

3m. ¶ P̄. assumi ꝯuēit hūane nāe nō ad h^o ꝯuēit deo: non ḡ ea q̄ sunt hūane nature de deo dici pn̄t.

i oppm Sʒ contra est ꝙ Dam̄. di. in. 3. li. ꝙ de⁹ suscepit ea que sunt carnis idiomata. i. ꝓꝑetates: dū de⁹ passibil' nominatur: et de⁹ glie crucifixus.

Rn̄o pncip. 3. ā. Rn̄deo dōm: ꝙ circa hāc. q. diuersitas fuit int' Nestorianos ⁊ catholicos. Nestoriāi. n. voces q̄ dn̄r de xp̄o didere volebāt h^o mō: vt ea q̄ ptinēt ad hu^am nām nō dicerēt̄ a deo nec ea q̄ ptinēt ad diuā nām dicerēt̄ de hoīe vn̄ Nesto. dixit. Si q̄s dei ꝟbo tētat passiones tribuere anathēa sit. Si q̄ ꝟo noīa q̄ ptiere pn̄t ad vtrāq̧ nāʒ ꝺ talib⁹ p̄dicabāt ea q̄ sr̄ vtriusq̧ nāe sic h^o nom̄ xp̄s vl' dn̄s: vn̄ ꝯcedebāt xp̄m eē natū de ꝟgine ⁊ fuisse ab eterno nō tn̄ dicebant vel deū natū de ꝟgie vl' hoiem ab eterno fuisse. Catholici ꝟo posuerunt h⁹i q̄ dn̄r ꝺ xp̄o siue ſm diuā nām siue ſʒ hu^am dic̄ tā de deo posse q̄ȝ de hoīe. vn̄ Cyril. di. Si q̄s duab⁹ ꝑsonis seu subiis. i. hypostasib⁹ ea q̄ in euāgelicis ⁊ ap̄licis ꝯscriptōnib⁹ sūt dicit voces vl' ea q̄ de xp̄o a scīs dn̄r vel a ip̄o xp̄o de semetip̄o. ⁊ aliq̄s q̄dē ex his hoī applicādas crediderit. aliq̄s ꝟo soli ꝟbo deputauerit anathema sit. Et h⁹ rō ē: q2 cū sit eadē hypostasis vtriusq̧ nāe eadē hyposta. suppōitur noīe vtriusq̧ nāe: siue ḡ dicat̄ hō siue de⁹ supponit̄ hypostasis diue ⁊ hu^c nāe. Et iō de hoīe pn̄t dici ea q̄ sūt diue nāe tāq̄ȝ de hypostasi diue nāe: ⁊ de deo pn̄t dici ea q̄ sūt hu^c nāe tāq̄ȝ ꝺ hypostasi hu^c nāe. sciēdū tn̄ ꝙ in ꝓpōne in q̄ aliqd de aliq̄ p̄dicat̄ nō solū attenditur qd sit illꝺ ꝺ q̄ p̄dicat̄ p̄dicatū: ſʒ ēt ſʒ qd ꝺ illo p̄dicet̄. Quāuis ḡ nō distinguant̄ ea q̄ p̄dicant̄ de xp̄o: distinguūt̄ tn̄ ſʒ id ſm quod vtrumq̧ p̄dicat̄. Nā ea q̄ sūt diue nāe p̄dicāt̄ de xp̄o ſʒ diuinam nām ea aūt q̄ sūt hu^c nāe p̄dicāt̄ de eo ſm hūanam nām. vn̄ Aug. d. i. i. de tri. distigam⁹ qd in scrip urus sonet ſm formā dei: ⁊ qd ſʒ [illegible] mā serui. Et. ꝭ. qd ⁊ pp qd: ⁊ qd [illegible] m qd dicat̄ prudēs: ⁊ diligēs: ⁊ pius lector intelligit.

ea q̄ cō ueniūt filio di pn̄t p̄dicari de filio hois.

nōbile.

Ad pm Ad primū ḡ dōm. ꝙ opposita p̄dicari de eodē ſm idē ē ipoiē: ſʒ ſm diuersa nihil ꝓhibet ⁊ hoc mō oppo^a p̄dicātur de xp̄o nō ſʒ idē: sed ſʒ diuersas nās.

ad 2m ¶ Ad 2m dōʒ: ꝙ si ea q̄ e ad defectum ptinent deo attribuerentur ſm diuinam nām esset blasphemia. q̄ pertinens ad diminutionem honoris ipsius. Non autē pertinent ad dei iniuriam si attribuantur ei secūdū nām assumptā. Unde in quodam sermone ephe

- fini cōcilū dr. Nihil putat de⁹ iniuriaz qd est occasio salutis hoībus Nihil.n.abiectoꝝ q̄ elegit pp nos iniuriā facit illi nāe q̄ non pōt esse sueta iniurijs: ꝓpria vero fecit inferiora vt saluet nām huam. Cū ḡ abiecta et vilia sunt diuinā nām nō iniuriant: sed salutē hoīb⁹ opant. Quōdicis ea q̄ cā nostre salut' sit
3m iniurie occasionē dō fuisse. ¶ Ad 3m dōz: ꝙ assumi ꝯuenit huc nāe nō rōne suppl: sꝫ rōne suipsius ꝛ iō nō conuenit deo.

¶ Utrū ea q̄ ꝯueniūt filio hominis possint predicari d diuina nā: et de humana ea que conueniunt filio dei. Ar.v.

ꝑmum.  Ad quintuz sic proceditur. vr ꝙ ea que sūt humane nāe pñt dici de nā diuina. Ea.n.q̄ sr huc nāe p̄dicāt de filio di ꝛ de deo
Ad 2m sꝫ de⁹ ē sua nā. ḡ q̄ sr nāe huc ea pñt p̄dicari de diuina nā. ¶ p̄. caro ptinet ad nām huam sꝫ sic dic Dam. i .3.lib. dicim⁹ nām ꝟbi incarnataz esse ꝫm beatos Athana. et Cyrillū: ḡ vr ꝙ pari rōne ea q̄ sunt huc
3m. nāe possint dici de dina nā. ¶ p̄. ea q̄ sūt dine nāe ꝯueniūt huc nāe in xpo. sic cognoscere futura ꝛ hr̄e salutiferā ꝟtutē: ḡ videt ꝙ pari rōne ea que sunt humane nature. possunt dici de diuina natura.

i oppm Sꝫ cōtra est quod Dam. dicit in. 3. li. Deitatem qdem dicētes nō noiamus de ea q̄ humanitatis idiomata. i. ꝓpetates. Nō.n. dicim⁹ deitatē passibilē vl creabilem deitas āt ē dina nā: ḡ ea q̄ sunt huc nature nō pñt dici de diuina natura.

Rño pricip. ea q̄ humāe nature p̄dicant Respondeo dōm: ꝙ ea que sunt propria vnius non possunt vere de alio p̄dicari nisi de eo quod est idem illi sicut risibile non ꝯuenit nisi ei qd est homo. In mysterio aūt incarnationis non est eadem natura diuina ꝛ humana: sed eadem est hypostasis vtriusq; nature. Et ideo ea que sunt vnius nature non pñt de alia predicari ꝫm ꝙ in abstracto signtur. Noīa ꝟo cōcreta supponunt hypostasim natura. Et iō indifferēt p̄dicari pñt ea q̄ ad vtrāq; nām ptinent de noībus concretis: siue illud nomen de q̄ dñr det intelligere vtrāq; nām. sic h° nom xps in quo intelligit vngēs diuitas: ꝛ hūanitas vncta: siue solā diuinam nām sic hoc nomē de⁹ vl filius dei: siue solū nām hūanā sicut hoc nomē hō vel iesus. vñ Leo papa dic i epla ad palestinos. Nō interest ex qua xps sueta noiet cū imsepabilr manēte vnitate psone idē sit ꝛ tot⁹ hois fili⁹ pp carnē: et totus di fili⁹ pp vnā cū patre ditatē — d dina in concreto / nō i abstracto.

Ad pm Ad primū ḡ dōm: ꝙ i diuinis realr est idez psona cū natura ꝛ rōne h⁹ idētitat; dina nā p̄dicat de filio dei: nō tñ est idē mod⁹ signdi ꝛ iō q̄dā dñr d filio dei que nō dñr de dina nā sic dicim⁹ ꝙ fili⁹ dei est genit⁹: nō tñ dicim⁹ ꝙ nā dina sit genita vt in pa parte hitū est. Et silr in mysterio icarnationis dicim⁹ ꝙ fili⁹ dei passus est: nō autē dicim⁹ ꝙ dina nā sit passa. ¶ A 2m dōm: ꝙ incar Ad 2m
natio mag' iportat vnionē ad carnē q̄ carnis ꝓpetatē: vtraq; āt nā i xpo est vnita alteri in psona rōne cuius vnionis ꝛ dina nā dr incarnata ꝛ hua nā deificata: vt. s̄. dcm̄
est. ¶ Ad 3m dōm. ꝙ ea q̄ sūt dine Ad 3m
nāe dñr de humana nā non ꝫm ꝙ ēentialr ꝯpetūt dine nāe sꝫ ꝫm ꝙ pticipatiue deriuāt ad hūanā naturā. Unde ea que pticipari nō pñt a natura humana sicut esse increatum āt omnipotentem nullomodo de humana nā dicuntur. Diuina autem natura nihil participatiue recipit ab humana nā: ꝛ iō ea q̄ sr huc nāe nullo° pñt dici d dina nā.

¶ Utrū hec sit ꝟa fili⁹ dei fact⁹ ē homo. Arti. vi.



pm. Ad sextuz sic procedit. Uidetur q hec sit falsa: deus factus e hō. Cū eni homo significet subam fieri hominem est fieri simpliciter: sed hec est falsa: deus factus est simpliciter: ergo hec e falsa: deus factus
2m est hō. ¶ Pr fieri hoiem est mutari sed deus non pōt eē subiectū mutationis: fm illuc Malach.3. Ego dñs z nō mutor: ergo vr q hec sit fla
3m. deus factus est hō. ¶ Pr. hō fm q de xpo dr supponit pam filij dei: sz h est falsa: deus factus e psona filij dei: ergo hec est falsa: deus factus est homo.
i oppm Sz ctra est qd dr Jo.i. vbus caro factum est. z sic Athanasius dicit in epla ad epictetū. q dixit vbū caro factū est: simile e ac si diceretur q hō factus est.
Rño pncip. 3.di.7. q.2.ar.i Rñdeo dicendum: q vnūquodq dicitur esse fcm illud qd de nouo incipit pdicari de ipo eē āt hoiem vere pdicatur de deo. sic dcm e: ita tn q nō cuenit deo esse hoiem ab eterno: sed ex tpe p assūptionē hūane nāe: et iō hec est vera deus factus est homo. diuersimode tn intelligitur a diuersis: sic et h deus est hō: vt.s. dcm est.
Ad pm Ad primuz ergo dicendum: q fieri hominē e fieri simpliciter in oibus his in quibus humana natura incipit eē in supposito de nouo creato. Deus āt dr factus homo eo q hūana natura incipit eē i suppo diuine nature ab eterno preexñte: z iō deū fieri
Ad 2m hoiez nō e deū fieri simplr. ¶ Ad 2m dicendum: q sic dcm est: fieri importat q aliqd pdicetur de nouo de altero. Uñ qñq aliquid de nouo predicatur de altero cū mutatiōe eius de quo dr tūc fieri z mutari: z hoc mō cuēit in oibus q absolute dñr Nō.n. pōt albedo aut magnitudo de nouo venire alicui nisi p hoc q de nouo mutatur ad albedinez vel magnitudinem ea vero q relatiue dñr possunt de nouo predicari de aliquo absq eius mutatione. Sic hō de nouo fit dexter absq sua mutatione per motū illius q sit ei sinister. vñ in talibus nō oz q dr fieri esse mutatū: qz h pt accidere p mutationē alterius. Et per hūc modū deo dicimus. Dñe refugium factus ps. 98.
est nobis. esse aūt hominez cuenit deo rōne vnionis q e relatio qdā: et iō esse hoiez pdicatur de nouo de dō absq eius mutatiōe p mutatiōez hue nāe q assūitur in diuinā pam: z iō cū dr deus factus e hō: n itelligitur aliq mutatō ex pte dei: sed soluz ex pte humane nature. ¶ Ad 3m dicendū: q Ad 3m.
hō supponit psonā filij dei nō nudaz sed put subsistit in hūana nā: z quāuis hec sit falsa deus factus est pa filij dei: est tn vera: deus factus est hō ex eo qd est vnitus hue nāe.
¶ Utrum hec sit vera: hō factus est deus. Ar.vij.



Ad septimuū sic pm. pceditur. vr q hec sit vera homo factus est deus. Dr.n. Ro.i. Quod ante pmiserat p pphas suos iscripturis scis de filio suo q factus est ei ex semie Dauid fz carnē fz xps
fz q hō e ex semie dauid fz carnē. ergo hō factus e filius dei. ¶ Pr. Au.i.i. 2m
de tri. Tal' erat illa susceptio q deū hoiez faceret: z hoiez deū: sz rōne illius susceptiōis h e vera: deus factus e hō ergo h e vera. hō factus e deus. ¶ Pr. Gre. 3m
naza. di.i epi.ad Elidoniū. Deus quidē humanatus e: hō āt deificatus vel quolz alr noiauerit sz deus ea rōne dr hūanatus q e hō factus: ergo hō ea rōne dr deificatus q est factus deus. z ita hec est vera. homo factus est deus. ¶ Pr. 4m
cum dicitur deus factus e hō subm factiōis vel mutatiōis n e deus sz hūanā: quā significat hoc nomē homo: sed illud videtur esse subiectum factionis cui factio attribuitur: ergo hec magis est vera: homo factus est deus q ista deus: factus est hō.

i oppm Sz ztra ē qđ Dam dic l.3.li. Nō hoīes deificatū dicim⁹. sz deū humanatū: idē āt ē fieri deū qđ dificari. ḡ hec ē fl'a: hō factus est deus

Rñº. princi· Rñdeo dōz: q̄ ista ppō: hō factus ē de⁹ tripl'r p̄t itelligi. Uno° ita q̄ hoc participiū fct⁹ determinet absolute vel subiectuz vl' p̄dicatū. ⁊ in hº sēsu ē fl'a q̄ neq̄ hō ille d̄ q̄ de⁹ p̄dicatur ē fact⁹ neq̄ de⁹ ē fact⁹: vt.ī. dicek ⁊ s̄ eodē sensu h̄ ē fl'a: de⁹ fact⁹ ē hō. sz s̄ hoc sēsu ñ q̄rik h̄ de istis ppōnib⁹. Alio° p̄t itelligi vt ly fact⁹ ē determinet ꝯpōnē. vt sit sēsus: hō fact⁹ ē de⁹. i. factū ē: vt hō sit de⁹ ⁊ s̄ hº sēsu vtraq̄ ē v'a: ⁊ hō fact⁹ ē de⁹: ⁊ de⁹ fact⁹ ē hō: sz h̄ nō ē pp̄us sensus hay locutionū: nisi forte itelligak: s̄z q̄ ly hō ñ h̄z personalē suppōnē: sz simplicē. l3. n. h̄ ñ sit fact⁹ de⁹: q̄z hº suppm. s. pª filij di ab eterno fuit de⁹: tñ hō cōiter loquendo ñ sp̄ fuit de⁹. 3° mō ppe intelligik s̄z q̄ hº pticipiū fct⁹ pōit fieri circa hoīez in reⁿ ad deū sic ad terminū factiōis: ⁊ ī hº sensu suppº q̄ in xp̄o sit eadē psona ⁊ hypostasis ⁊ suppm dei ⁊ hoīs: vt. s̄. oñsū ē: ista ppō ē fl'a q̄z cū d̄r hō fact⁹ ē deus: ly hō h̄z ꝑsonalē suppōnē. ñ. n. eē deū v'ificak de hoīe rōne humane nāe: sz rōne suppositi sui. Suppm āt hūane nāe: d̄ quo v'ificak eē deū est idem qđ hypostasis seu psona filij dei: q̄ sp̄ fuit de⁹. Uñ nō p̄t dici q̄ iste hō incipit eē de⁹: vel qđ fiat de⁹: aut qđ fact⁹ sit de⁹. Si v'o eēt alia ꝑsona vel hypostasis dei ⁊ hoīs: ita q̄ eē deū p̄dicarek d̄ hoīe et ecꝯ° ꝑ q̄ndā cōiūctionē suppositorū vel dignitatis ꝑsonalis vel affectiōis vel īhabitatiōis vt Nestoriani dixerunt: tūc pari rōne posset dici q̄ hō fact⁹ ē de⁹. i. ꝯiūct⁹ deo: sic ⁊ q̄ de⁹ fact⁹ ē hō. i. ꝯiūct⁹ hoī.

nō p̄ōt dici hō factus ē deus 3. dis. 6. q. art. 2.

Ad pm Ad primuz ḡ dōm: q̄ in verbis illis. Apo. hº relatiuuz q̄: qđ refert ꝑsm filij dei non' dz intelligi ex p̄te p̄dicati: quasi aliq̄s ex̄ns ex semine Dauid s̄m carnē sit factus fili⁹ dei: ī quo sensu obiectio ꝓcedebat: sz dz itelligi ex p̄te subi: vt sit sēsus: q̄ fili⁹ dei fact⁹ est. s. hō ad honorē p̄ris: vt glo. exponit ex̄ns ex semine Dauid s̄z carnē: ac si diceret: fili⁹ dei fact⁹ est h̄ns carnē ex semine Dauid ad honorē dei. ¶ Ad 2m dōz: q̄ illud v'bū Aug. est intelligēdū in illo sensu s̄z q̄ ex illa susceptiōe īcarnatiōis fcm̄ est: vt hō eēt de⁹. et de⁹ eēt hō: in quo sēsu ambe locutiones sūt v'e vt dcm̄ ē. ¶ Et similik dōz. Ad 3m: nā deificari idē est qđ fieri deū. ¶ Ad 4m dōz: q̄ termin⁹ in subo posit⁹ tenek mālr. i. ꝑ suppº posit⁹ v'o in p̄dicto tenetur formalr. i. ꝑ nā sig̃ta. Et iō cū d̄r hō fact⁹ ē de⁹ ipsum fieri nō attribuik humane nāe: sz supposito huᶜ nāe: qđ est ab eterno de⁹: ⁊ iō nō ꝯuenit ei fieri deuz. Cū aūt d̄r de⁹ fact⁹ est hō: factio intelligitur termiari ad ipsam huªm nām. Et iō ꝓprie loquēdo hec ē vera deus fact⁹ est hō: sz hec ē falsa: hō fact⁹ est de⁹. Sic si fortes cū p̄us fuerit hō: postea fact⁹ est alb⁹ demr̄ato forte: hec ē v'a: hic hō hodie fact⁹ ē alb⁹: hec tñ ē falsa hº albū hodie factū ē hō. si tñ ex p̄te subi poneretur aliqđ nom̄ sig̃ñans nām huªm in abstracto posset hº mō sig̃ñari: vt suum factionis. puta si dicak q̄ nā hūana fcā ē filij dei.

Ad 2m
Ad 3m.
ad 4m.

¶ Utrū hec sit vera xp̄s factus est creatura Ar. viii.

Ad octauū sic proceditur. Uř q̄ hec sit vera: xp̄s est creatura. Dicit. n. Leo papa. Noua ⁊ ī audita ⁊ cōuētio: de⁹ q̄ est et erat fit creatura. Sz illud pōt p̄dicari de xp̄o q̄ fili⁹ dei fact⁹ est ꝑ incarnationē: ḡ hec est vera: xp̄s ē creatura. ¶ p̄. Proprietates vtriusq̄ nāe p̄ñt p̄dicari de hipostasi cōi

primū.
2m.

vtriusqз quocūqз noīe significet. vt.s.dcm̄ est s3 pprietas hūane nature ē eē creaᵃᵐ: sic̄ ⁊ pprietas diuine nāe est eē creatorē: ğ vtrūqз pōt dici de xp̄o.s.ꝙ sit creatura. ⁊ ꝙ sit increat⁹ ⁊ creator ¶ p̄. Pricipalior ps hoīs est aīaqз corpus. s3 xp̄s rōne corporis qđ de virgīe traxit: dr̄ esse simplr̄ natus de virgine: ergo rōne aīe que creata est a deo dз simpliciter dici ꝙ christ⁹ sit creatura.

3ᵐ.

s oppᵐ. Sz cōtra est qđ Amb. dicit i li.ő tri. Nūqđ dcō fact⁹ est xp̄s ⁊ nūqđ mādato creat⁹ ē xp̄s q.d. Nō. Vn̄ subdit Quō āt creatura in deo eēt p̄t.⁊.n. de⁹ nāe simplicis est nō ꝯiūcte: ğ hnō ē concedenda xp̄s est creatura.

Rn̄o. princi. 3.di.11. q.1.art. 2.di.4. q.2.art. 2.ad 4ᵐ ꝯ. 4.ca. 48. Rn̄deo dđз: ꝙ sic̄ Hiero. dic̄. Ex v̄bi inordinate platis incurrit heresis. vn̄ cū hereticis nec noīa dēm⁹ hr̄e cōia: ne eorū errori fauere videamur Arriani aūt heretici xp̄з dixerūt eē creaturā ⁊ minorē p̄re: nō solum rōne hūane nāe. s3 etiaз rōne dīne nāe. Et iō nō est absolute dđm. ꝙ xp̄s sit creatura vel minor p̄re. s3 cū determinatiōe.s. ƀm hūanā nām. Ea v̄o de quibus suspicari nō pōt ꝙ diuine psone ꝯueniat ƀm seipāз p̄t simplr̄ dici de xp̄o rōne humane nāe: sicut simpliciter xp̄m esse passum mortuū ⁊ sepultuз. Sicut ēt in reb⁹ corporalib⁹ ⁊ humanis ea q̄ in dubitationeз venire pn̄t an cōueniāt toti vel parti: si insunt alicui pti n̄ attribuim⁹ toti simplr̄.i. sine determinatiōe. Nō.n. dicim⁹ ꝙ ethiops ē alb⁹: s3 ꝙ ē albus ƀm dētes. Dicim⁹ aūt absqз determinatiōe: ꝙ ē crisp⁹: q: hoc nō p̄t ei cōuenire nisi ƀm capillos.

Ad pᵐ Ad primum ergo dđm: ꝙ aliqn̄ sci doctores causa breuitatis determinatione omissa noīe creature vtunt circa xp̄m: est tn̄ in eoꝝ dictis sub intelligenda. ¶ Ad 2ᵐ dđm: ꝙ oēs

Ad 2ᵐ.

pprietates hūane nāe: sicut ⁊ diuine pn̄t aliqualr̄ dici de xp̄o. Vn̄ ⁊ Dam. dicit in.3.li. ꝙ xp̄s q̄ deus ⁊ hō dr̄ ⁊ creabilis est ⁊ increabilis ptibilis ⁊ impartibilis. Sз tn̄ illa q̄ dubitationē hn̄t circa alterutrā nām nō sūt dicēda absqз determinatiōe. Vn̄ ip̄e postea alibi subdit. Ipsa vna hypostasis.s. xp̄i increata est deitate: ⁊ creata est hūanitate sic̄ ⁊ ecōuerso: nō esset dđm sine determinatiōe. xp̄s ē incorporeus: vel ipassibilis ad euitādū errores Maichei q̄ posuit xp̄з verū corpus nō habuisse. nec vere passum esse: s3 dđm ē cū determinatione ꝙ xp̄s ƀm deitatē est icorpore⁹ ⁊ ipassibilis. ¶ Ad 3ᵐ dđm: ꝙ de natiuitate ex v̄gine nulla dubitatio pōt eē ꝙ ꝯueniat psōe filij dei: sicut pōt esse de creatione. Et iō non est similis ratio vtrobiqз. Ad 3ᵐ

¶ Utrum hec sit vera. Iste homo. demōstrato xp̄o incepit eē vel fuerit semper. Ar.ix.

AD nonū sic pcedit. Vr̄ ꝙ ille hō demonstrato xp̄o incepit eē. Dicit.n. Au. sup Io. Priusqз mūdus eēt nos erram⁹ nec ip̄e mediator dei ⁊ hoīm hō iesus xp̄s. Sз illud qđ nō sp fuit: icepit esse: ğ ille hō dmōstrato xp̄o icepit eē. ¶ p̄. Xp̄s icepit eē hō: s3 eē hoīem ē eē simplr̄. ğ ille hō incepit eē simplr̄. ¶ p̄. hō īportat suppᵐ huᵉ nāe: s3 xp̄s nō sēp fuit suppᵐ huᵉ nāe: ergo homo ille incepit esse. primū. 2ᵐ. 3ᵐ.

Sz cōtra est qđ dr̄ Hebre. vlt. Iesus xp̄s heri ⁊ hodie ipse ⁊ in secula. s oppᵐ

Respondeo dđm ꝙ nō est dđm: ꝙ ille hō demōstrato xp̄o: incepit esse: si nihil addatur. Et hoc duplici rōne. ¶ Primo q̄deз: q: hec locutio est simplr̄ falsa ƀm sniam catholice fidei: qua ponim⁹ i xp̄o vnū suppᵐ vnam hypostasim: sic̄ ⁊ vnā pᵒm: Rn̄o. princi. non est dđз iste hō incepit eē d̄mrato xp̄o. 3.di.12. q.1.a.1.

sz hoc.n.opz q in ho q dr iste ho: demonstrato xpo: designet suppm eternuz: cui9 eternitati repugnat incipere esse. Un hec est falsa: hic ho incipit esse. Nec obstat q incipere ee euenit huane nae: q signa tur p ho nome ho: qz terminus in subo posit9 no tenet formalr p na: sz magis malter p supposito: vt s. dcm est. ¶ Scdo qz et si eet vera: no tn esset ea vtendum absqz determinatione: ad euitanduz heresim Arrij. Qz sicut psone filij dei attribuit: q eet creatura: q qd eet minor patre: ita attribuit q ee incepit: dices q erat qn non erat.

Ad pm **Ad primuz** g dom: q auctoritas illa est intelligenda cu determinatioe: vt.s. dicamus q ho xps iesus non fuit anteqz mudus esset sz huanitate. ¶ Ad 2m dom: q cu ho verbo in-

Ad 2m cepit: non seqtur argm ab inferiori ad superi9. No n. seqtur q hoc incipit esse albuz: ergo incipit esse coloratu. Et hoc ideo: qz incipere importat nuc esse q no pri9: no aut seqtur hoc no erat pri9 albu: g no erat prius coloratu: ee aut simplr est superi9 ad esse hoiem. Un no sequit. xps incepit esse ho: g incepit

Ad 3m esse. ¶ Ad 3m doz q hoc nome ho sm q accipit p xpo: lz significet huanam nam. q incepit esse tn supponit suppm eternu: qd esse no incepit. Et io qz sm q ponit i subo tenetur p supposito: sm aut q ponitur in pdicato refertur ad numeru io hec est falsa: ho xps esse incepit: sz hec e va: xps icepit esse ho.

¶ Utrum hec sit vera xps sm q homo est creatura. Ar. x.

primuz **AD decimum** sic pcedit. Ur q hec sit falsa. xps sm q est homo est creatura vel incipit esse. Nihil.n.in xpo est creatum nisi humana natura. Ss hec est falsa: xps sm q homo est humana natura. g hec e et falsa: xps sz q ho e creaa

¶ p. Predicatuz magis predica- 2m. tur de termino in reduplicatione posito qz de ipso subiecto ppois sicut si dica. Corpus sm q coloratuz est visibile: sequitur q coloratum sit visibile: sz hec no est absolute: sicut dcm e: cocededa: homo xps est creatura. g neqz hec: xps sm q homo e creatura. ¶ p. qcqd. 3m. predicatur de quocuqz hoie sm q ho pdicatur de eo sm se q simplr. Idem.n.e p se q sm q ipsum vt dr in.5.metaphi. sz hec est falsa: xps e per se q simplr creatura: ergo etiaz hec est falsa: xps sm q ho e creaa.

Sz contra oe qd est vel est creator vel creatura: sz hec est falsa: xps sm q homo est creator: ergo hec est vera: xps sm q homo est creatura. 1 oppm

Respondeo dom: q cuz dr xps sm q ho hoc nome ho pot resumi in reduplicatioe vel rone suppositi vel ro ne nae. si quide resumat rone suppositi cuz suppositu huane nae i xpo sit eternu q increatuz: hec erit falsa: xps sm q est ho est creatura Si vero resumat rone huane nae sic est vera. qz rone huane nae siue sz huam naz couenit sibi esse creatu. vt. s. dcm est. Sciedum tn q nomen sic resumptuz in reduplicatione magis pprie tenet p na qz pro suppo. Resumit .n. in vi predicati qd tenet formalr. Ide.n.est dictu: xps sm q ho: ac si diceretur: xps sm q est homo. Et ideo hec mags est pcedenda qz neganda: xps sm q homo est creatura. Si tame adderetur aliqd per qd traheret ad suppm esset propositio magis neganda qz concedenda: puta si diceretur: xps sm q hic ho e creatura. Rno. princi. xps sm q ho e creaa sm huanaz naz 3.di.10. q.1. a.1. q.2.o. dis.11. 3.o.

Ad primu g dom: q lz xps no sit huana na: est tn hns huana nam. Nome aut creature natu est predicari non solum de abstractis sz et de cocret. Ad pm

Ad 2m Dicim⁹ .n. humanitas ē creatura ꝛ ꝙ hō est creatura. ¶ Ad 2m dōʒ ꝙ ly hō ſm ꝙ ponitur in ſubiecto magis reſpicit ſuppm: ſm aūt ꝙ ponitur in reduplicatione magis reſpicit nām vt dcm̄ est. Sʒ qꝛ nā est creata: ſuppm ꝓo icreatū: iō lʒ nō ꝯcedatur iſta ſimplr: hō est creaa ꝯcedit tñ iſta: xp̄s ſʒ ꝙ hō ē creaa

Ad 3m ¶ Ad 3m dōʒ: ꝙ cuilʒ hoī qui est ſuppm ſoli⁹ nāe hūane ꝯpetit ꝙ ñ hēat eſſe: niſi ſm huamnāʒ ꝛ de q̄lʒ tali ſuppo ſeqtur: ſi ſm ꝙ hō est creatura: ꝙ ſit creatura ſimplr: ſʒ xp̄s non ſolum est ſuppm humane nāe: ſʒ ēt diuine ſʒ quāhʒ cē icreatum: ꝛ iō non ſeqtur: ſi ſm ꝙ hō ē creatura: ꝙ ſit ſimplr creatura.

¶ Utrum hec ſit vera xp̄s ſm ꝙ homo est deus. Art. xi.

primuʒ AD vndecimū ſic ꝓcedit. vr̄ ꝙ xp̄s ſʒ ꝙ hō ſit de⁹. xs.n.ē de⁹ ꝑ grām vniōis. ſʒ xp̄s ſm ꝙ hō hʒ grām vnionis. ḡ xp̄s ſm ꝙ homo

2m. est deus. ¶ P̄. Dimittere pctā est ꝓprium dei ſʒ illud Iſa. 43. Ego ſuʒ ipſe q̄ deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me: ſʒ xp̄s ſm ꝙ hō dimittit pctā. ſm illud Mat. 9. Ut aūt ſciatis qꝛ filius hois hʒ poteſtateʒ in terra dimittendit pctā ꝛc̄. ḡ xp̄s

3m. ſm ꝙ hō est deus. ¶ P̄. xp̄s non ē homo cōis: ſʒ est hō iſte particularis: ſʒ xp̄s ſm ꝙ eſt iſte hō est de⁹: ſʒ qꝛ i iſto hoie deſignatur ſuppm eternuʒ quod naturaliter est de⁹. ergo xp̄s ſm ꝙ homo est deus.

I oppm Sʒ ꝯtra illud quod cōuenit xp̄o ſm ꝙ homo cōuenit cuilibʒ hoī ſi ḡ xp̄s ſm ꝙ hō ē deus: ſequitur ꝙ ois hō ſit de⁹. Qđ patet eſſe falſum.

Rñō. princi. Rñdeo dōm: ꝙ iſte terminus homo i reduplicatiōe poſit⁹ pōt duplr accipi. Uno° q̄ʒtum ad nām: ꝛ ſic non est veruʒ. ꝙ ſm ꝙ homo ſit de⁹: qꝛ hua natura eſt diſtincta a diua ſm dr̄iaʒ nāe. Alio° pōt accipi rōne ſuppoſiti: ꝛ ſic cum ſuppm nature humane in xp̄o ſit perſona filij dei. cui per ſe cōuenit eſſe deum: veruʒ eſt ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo ſit deus: qꝛ tñ terminus in reduplicatione poſitus magis ꝓprie tenetur pro natura q̄ʒ ꝓ ſuppoſito. vt ſupra dictum eſt: iō magis eſt iſta neganda. xp̄s ſʒ ꝙ hō eſt deus: q̄ʒ ſit affirmanda.

Ad p̄m AD primuʒ ergo dōʒ: ꝙ nō ſm idem conuenit alicui moueri ad aliqđ ꝛ eſſe illud. Nā moueri cōuenit alicui rōne materie vel ſubiecti: eſſe auteʒ i actu rōne forc ꝛ ſilr nō ſm idē cōuenit xp̄o ordinari ad ho ꝙ ſit de⁹ per grām vnionis ꝛ eſſe deum. Sʒ primum cōuenit ſibi ſm humanaʒ naturam. 2m ꝓo ſm diuinā. Et iō hec eſt vera. Xp̄s ſm ꝙ homo hʒ grāʒ vnionis non tamen iſta: xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus. ¶ Ad 2m dicēdum: ꝙ filius hominis habet in

Ad 2m terra poteſtateʒ dimittendi pctā: non virtute humane nature: ſʒ virtute diuine: in qua quidem natura ꝯſiſtit poteſtas dimittendi peccata per auctoritatem: in humana āt natura ꝯſiſtit inſtrūaliter ꝛ ꝑ miſterium. Unñ Chryſo. ſup Mat. hoc exponēs dicit. Signanter dixit in terra dimittendi peccata: vt oſtenderet ꝙ humane nature poteſtatem diuinitatis vniuit indiuiſibili vnione. ꝙ ꝛ ſi factus eſt homo: tamē dei verbum permanſit. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ cum dicitur iſte homo pronomen demr̄atiuuʒ hoc nomen homo trahit ad ſuppm. ꝛ iō magis eſt hec vera: xp̄s ſm ꝙ homo iſte eſt deus. q̄ʒ iſta: xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus. Ad 3m

¶ Utrū hec ſit vera xp̄s ſʒ ꝙ hō eſt hypoſtaſes vel perſona. Ar. xij

primuʒ AD duodecimū ſic ꝓceditur. Uidetur ꝙ xp̄s ſm qđ hō ſit pa Illđ.n. qđ cōuenit cuilʒ hoī: ꝯue

nit xp̄o ſm q̄ eſt hō. eſt.n. alijs hominib⁹ ſuis ſm illud Phil.2. In ſilitudinē hoīum fact⁹: ſꝫ oīs hō ē perſona: ḡ xp̄s ſm q̄ hō eſt pſona.
2m. ¶ P̄. xp̄s ſm q̄ hō ē ſuba rōnalis nāe: nō aūt ſba vl'is. ḡ ſubſtātia indiuidua. Sed nihil aliō ē pa q̄ rōnalis nāe indiuidua ſuba vt Boe. di. in li. de dua. na. ḡ xp̄s ſm q̄ hō
3m. eſt pſona. ¶ P̄. xp̄s ſm q̄ hō ē res humane nature ꝛ ſuppoſitū ꝛ hypoſtaſis eiuſdē nāe. Sꝫ oīs hypoſtaſis ꝛ ſuppoſitum ꝛ res humane nature eſt perſona. ergo xp̄s ſecundum q̄ hō eſt perſona.

ſ oppm **Sꝫ contra** xp̄s ſꝫ q̄ hō nō eſt perſona eterna. Si ḡ xp̄s ſm q̄ hō ſit pa: ſeq̄retur q̄ in xp̄o ſint due pe: vna rōnalis ꝛ alia eterna: quod ē errōeū: vt .s̄. dictum eſt.

Rñº **Rñdeo** dōm: q̄ ſicut .s̄. dem̄ eſt: iſte termin⁹ hō, in
p̄ncipa. re duplicatione poſit⁹ pōt accipi
3.d.10. vl' rōne ſuppoſiti: vl' rōne nāe. Cū
q.1.ar.2 dr̄. ḡ xp̄s ſm q̄ hō eſt pa ſi accipia
ro.le. tur rōne ſuppoi: māifeſtū ē q̄ xp̄s
3.col. ſm q̄ hō eſt perſona Et hº ēt mo
5.p2i. do verum eſt: q2 suppm hūane nāe nihil eſt aliud q̄ pſona filij dei. Si āt accipiaꝶ rōne nāe: ſic pt itelligi dupl'r. Unoº vt intelligaꝶ q̄ nāe hue ꝯpetit eſſe in aliqua pſona: et hoc ēt mō verꝫ eſt. Oē. n. qō ſubſiſtit in hua nā eſt pſona. Alioº pōt intelligi vt nāe hūane in xp̄o ꝓpa pſonalitas debeatur cauſata ex p̄ncipijs hūane nāe: et ſic xp̄s ſm q̄ hō nō ē pſona: q2 hūana nā nō eſt ſemper per ſe ſeorſum exiſtēs a diuina nā: qō req̄rit rō perſone.

Ad p̄m **Ad primuꝫ** ergo dicenduꝫ: q̄ oi homini cōuenit eſſe perſonam ſecundū q̄ oē ſubſiſtens in humana natura eſt pſona: ſed hoc eſt proprium homini chriſto: q̄ perſona ſubſiſtēs in humana natura eius nō ſit creata ex principijs humane nature: ſed ſit eterna. Et ideo vno modo eſt perſona ſꝫ q̄ eſt homo: alio modo nō ſicut dictum eſt. ¶ Ad 2m dicendum: q̄ ſubſtantia indiuidua que Ad 2m
ponitur in diffinitione pſone ipoꝛtat ſubſtantiam ꝯpletam p ſe ſubſiſtentē ſeparatā ab alijs alioq̄n manus hominis poſſet dici pſona cuꝫ ſit ſuba q̄dā idiuidua q2 tn̄ ſuba indiuidua ſicut in alio exn̄s nō pōt dici perſona. et eadē rōne nec huanā in xp̄o: q̄ tn̄ pōt dici indiuiduū vel ſingulare quoddaꝫ. ¶ Ad 3m Ad 3m
dōm: q̄ ſicut perſona ſignificat qō ꝯpletum: et per ſe ſubſiſtens in nā ronali: ita hypoſtaſis ſuppoſituꝫ: et res nature in genere ſube ſignificant quoddam per ſe ſubſiſtens: vnde ſicut humana natura non eſt per ſe perſona ſeoꝛſum a perſona filij dei: ita etiam non eſt per ſe hypoſtaſis: vel ſuppoſitum vel res nāe: et iō in ſēſu: i quo negaꝶ iſta: chriſtus ſecundum q̄ homo eſt perſona: opoꝛtet etiam negari omnes alias.

¶ De his que pertinēt ad vnitatē in xp̄o in cōi.

Qō. xvij.



Deinde ꝯſiderādū ē de his: q̄ ptinent ad vnitatē in xp̄o i cōi. Nā d his q̄ ptinēt ad vnitatē vl' pluralitateꝫ i ſpāli ſuis locis determinādū eſt: ſicut ſupra determiatū ē: q̄ in xp̄o non eſt vna tm̄ ſcia: et infra determinabiꝶ q̄ in xp̄o n̄ eſt vna tm̄ natiuitas. Cōſiderandū eſt. ergo p̄mo d vnitate chriſti q̄tū ad eſſe. .J. q. 18.
2º q̄tum ad velle. Tertio q̄tum .J. q. 19.
ad operari ¶ Circa primum querūtur duo. primo vtruꝫ chriſtus ſit vnum vel duo. Secundo vtruꝫ in chriſto ſit vnum tantum eſſe.

¶ Utrum chriſtus ſit vnum vel duo. Arti. i.

primū. AD primum sic pceditur. Videt͛ q xp̄s non sit vnum: sꝫ duo. Dic̄.n.aug.l.1.de tri.q for^a dei accipit formaꝫ s͛ui vtrūqꝫ deus pp accipientē deū: vtrūqꝫ aūt hō pp accipiētes hoīes: sꝫ vtrūqꝫ dici nō pōt vbi nō sunt duo: ḡ xp̄s ē duo.
2^m. ¶ P̄. vbicūqꝫ est aliud ⁊ aliud: ibi sunt duo sꝫ xp̄s est aliud et aliud. Dic̄.n.Au. in enche.cū in for^a dei eēt formā s͛ui accepit vtrūqꝫ vnus sꝫ aliud pp ꝓ͛buꝫ: aliud pp hoīeꝫ: ḡ xp̄s est duo.
3^m. ¶ P̄. xp̄s nō est tm̄ hō: qꝛ sic pur^9 hō eēt ḡ ē aliqd aliō q̄ȝ hō: ⁊ ita in xp̄o ē aliud ⁊ aliud: ḡ xp̄s est duo.
4^m ¶ P̄. xp̄s ē aliqd qō est pr̄: ⁊ est aliqd qō nō ē pr̄: ḡ xp̄s ē aliqd ⁊ aliqd. ḡ xp̄s ē duo.
5^m. ¶ P̄. sicut i mysterio trinitat͛ sūnt tres p^e in vna nā: ita in mysterio incarnationis sunt due nāe i vna p^a: sꝫ pp vnitatē nāe nō obstante distinctione psone pr̄ ⁊ filius sunt vnuꝫ ꝭm illud Jo.10. Ego ⁊ pr̄ vnū sumus. ḡ nō obstāte vnitate psōe pp dualitateꝫ nāꝝ: xp̄s est duo.
6^m. ¶ P̄. phs di. in.3.phy. q vnū ⁊ duo denoīatiue dicū͛r: sed xp̄s hꝫ dualitatē nāꝝ: ḡ xp̄s ē duo.
7^m. ¶ P̄. sicut for^a accidentalis facit alteꝝ^a: ita for^a sūbalis aliud. vt Porphi. di. sꝫ in xp̄o sūt due nature substantiales. hu^a.s. ⁊ diuina: ergo xp̄s est aliud ⁊ aliud: ergo xp̄s est duo.

i opp^m SEȝ cōtra ē qō Boe. dicit. in li. ō dua. na. oē qō ē: in q̄tū est vnū est: sꝫ xp̄m eē cōfitemur: ergo xp̄s est vnum.

Rñ^o. princi. RNdeo dōm: q nā ꝭm se ꝯsiderata. put in abstracto sig͛tur: non vere pōt predicari de supp^o seu persona nisi i deo: i quo nō diff͛rt quod est ⁊ quo est: vt in pri^a parte habitū est. In xp̄o autē cuꝫ sint due nature: diuina.s. ⁊ humana altera earum .s. dīna potest de eo predicari ⁊ in abstracto ⁊ in concreto. Dicimus. n. q filius dei q̄ supponit͛ i h^o noīe xp̄s: ⁊ est diuina nā: ⁊ est deus. Sꝫ hūana nā non pōt predicari de xp̄o ꝭm se in abstracto. sed solū i ꝯcreto: put .s. sig͛tur in supp^o. Nō.n. vere pōt dici q xp̄s sit hu^a nā: qꝛ nā hūana n̄ est nata p̄dicari de suo supp^o. dr̄ aūt q xp̄s est hō: sicut ⁊ q xp̄s est deus. Deus aūt sig͛t hn̄tem deitatem ⁊ hō significat hn̄tē hūanitateꝫ. Alit͛ tm̄ hn̄s hūanitatē significat͛ p hoc nomē hō: ⁊ alr̄ p hoc nomē Jesus vel Petrus. nā hoc nomē hō iportat hn̄tem hūanitatem indistincte: sic̄ ⁊ hoc nōmē de^9 indistīcte iportat hn̄tē deitatē. Hoc tm̄ nom̄ Petrus vl̄ Jesus iportat distincte hn̄tem hūanitateꝫ .s. sub determinatis indiuidualibus proprietatibus: sicut ⁊ h^o nomē fili^9 dei iportat hn̄teꝫ deitatē sub determinata ꝓprietate psonali. Numerus aūt dualitatis in xp̄o ponitur circa ipsas nās ⁊ iō si ābe nāe in abstracto p̄dicarentur de xp̄o sequeretur q xp̄s esset duo: ꝭm qꝛ due nature non p̄dicātur de xp̄o nisi put significat͛ i supp^o: opꝫ ꝭꝫ rōnem suppositi p̄dicari de xp̄o vnū vel duo. Quidam aūt posuerunt in xp̄o duo supposita: sꝫ vnaꝫ psonam q̄ quidem vr̄ se hr̄e ꝭꝫ eoꝝ opinionē tanq̄ȝ supp^m. ꝯpletū vltima ꝯpletiōe: ⁊ iō qꝛ ponebant in xp̄o duo supp^a: dicebant xp̄m esse duo neutralr̄. Sꝫ qꝛ ponebāt vnā psonā dicebant xp̄m vnū masculine. Nā neutrū gen^9 dsignat qōdā īforme ⁊ ipfectū: gen^9 aūt masculinuꝫ designat qōdā formatū ⁊ pfectuꝫ. Nestoriani aūt ponētes in xp̄o duas personas dicebant xp̄m non solū esse duo neutralr̄: sꝫ etiaꝫ duos masculine. Qꝛ vero nos ponimus in xp̄o vnaꝫ psonam ⁊ vnū supp^m: vt ex. s̄. dictis pꝫ: sequitur q dicamus q non solū xp̄s est vn^9 masculine: sꝫ ēt q ē vnū neutralr̄.

Ad p^m. AD primuꝫ ḡ dōm: q ꝓ͛buꝫ illud Aug. nō

sic ē itelligēdū q ly vtrūq teneat ex pte pdi.q.d. q xps sit vtrūq sz tenet ex pte subi r tūc ly vtrūq ponit: n.q. pro duob supposi tis: sz p duob noibus signātib duas nās in pcreto. Possuz .n. dicere q vtrūq.s.r de r hō ē de pter accipiētem deū r vtrūq.s.deus r hō est hō pter accipientē hominez. ¶ Ad 2m dōm: q cū dr xps est aliud r aliud: locutio est exponēda: vt sit sensus: hns aliā r aliaz nām: r hoc mō exponit. Aug. i li. c Felicianū: vbi cū dixisset. In mediatore dei r hoīnum aliud dei filius. aliud hois fili. subdit: aliud in qz p discretiōne sube: nō ali p vnitate psone. Et Gre. nazāzen in epla ad elidoniū dicit. Si opz cōpēdiose dicere aliud qdē r alid: ea ex qbus saluator est: si aūt non idem ē iuisibile visibili: q r absq tpe iest ei qd sub tpe nō aūt alius r alius: absit. Hec ei ambo vnū. ¶ Ad 3m dōm: q hec ē falsa: xps est tm homo: qr nō excludit aliud suppm: sz aliaz nām eo qd termini in pdicato positi formalr tenētur. Si vo adderet aliqd p qd traheretur ad suppm: eēt va locutio. Puta xps ē tm id qd ē hō: nō tn seqt q sit aliqd aliud qz hō: qr ly aliud cū sit relatiuū diuersitatis sube: p pric refert ad suppm sicut r oia relatiua faciētia psonalē relatiōez: seqtur aūt: g hūit aliā nāz. ¶ Ad 4m dōz: q cū dr. xps est aliqd: qd est pr: ly aliqd tenet p nā diuina: q ē in abstracto predicat de pre r filio: sz cū dr xps ē aliqd qd nō est pr: ly aliqd tenet non pro ipsa nā huā bm q significat i abstracto. sz bm q significat in concreto: nō qdē bz suppm distictū: sz bz suppm indistinctū: put. s. substat nāe: nō aūt pprietatibus indiuiduātibus r iō nō seqt q xps sit aliud r aliud vel qd sit duo: qr suppm huc nāe i xpo qd est psona filij dei nō ponit i nūez cū nā diuina q predicatur de pre r filio. ¶ Ad 5m dōm: q in mysterio diuine trinitatz nā dina predicat i abstracto: ēt de tribus psonis: et iō simplr potest dici q tres psone sint vm: sz in mysterio incarnationis nō pdicātur ambe nāe i abstracto d xpo: r iō nō pōt simplr dici q xps sit duo. ¶ Ad 6m dōm: q duo dr.q. hns dualitatem: nō qdem in aliquo alio: sed in ipso de q duo pdicant fit aūt pdicatio de supposito qd importatur per h nomen xps: qzuis igit xps hēat dualitatē nāz: qr tn n habet dualitatē suppositoz nō potest dici xps eē duo. ¶ Ad 7m dōm: q alterz iportat diuersitatē accñtis: r iō diuersitas accñtis sufficiat ad hoc q aliqd simplr dicat alteruz: sz aliud importat diuersitatē sube Suba aūt dr non solū nā: sz etiam suppm: vt dr in. 5. meta. r iō diuersitas nāe nō sufficit ad ho q aliqd simplr dicat aliud nisi sit diuersitas bm suppm: sz diuersitas nāe facit aliud bm quid. s. bm nām si non assit diuersitas suppositi.

¶ Utz i xpo sit tm vnū eē. Ar. 11.

Ad secundum primuz sic pcedit. Ur q i xpo non sit tm vnū esse: sz duo. Dic Dam. in. 3. lib. q ea q sequūtur nām in xpo duplicant. sz esse psequtur nām eē. n. est a forma: g in xpo sunt duo esse. ¶ p. eē filij dei ē ipsa nā dina r est nā hūana: r est eternū: eē aūt hois xpi nō est dina nā: sz est esse tēporale: g i xpo non est tm vnū esse. ¶ p. in trinitate qzuis sint tres persone: est tn vnū esse p p vnitatē nāe. sz in xpo sunt due nāe: qzuis sit vna psona: g in xpo non est tm vnū esse sz duo. ¶ p. in xpo dat aliquod esse corpori cuz sit forma eius: sz non dat sibi esse diuinum cū sit increatum: ergo in xpo est aliud esse preter esse diuinū: r sic in xpo non est tantum vnum esse.

i opp^m Sed contra vnūquodqꝫ ſm hoc dr ens ſm qd dr vnus: qꝛ vnū ⁊ ens ꝯuertūtur: ſi ergo in xpo eēnt duo eſſe ⁊ non tm̄ vnum: xps eſſet duo et non vnum.

Rñº. princi. Rñdeo dōm: ꝙ qꝛ in xpo ſunt due nāe ⁊ vna hypoſtaſis: neceē eſt ꝙ ea q̄ ad nām ptinent in xpo ſint duo: q̄ aūt ptinent ad hypoſtaſim in xpo ſint vnū tā tū. Eſſe aūt ptinet: ⁊ ad nām ⁊ ad hypoſtaſiꝫ: ad hypoſtaſim quidā: ſicē ad id qd hꝫ eſſe: ad nām aūt ſicē ad id quo aliquid habet eſſe. Natura n. ſignatur per moduꝫ forme: que dicitur ens ex eo ꝙ ea aliquid eſt. ſicut albedine eſt aliquid album: ⁊ humanitate eſt aliqs hō. Eſt āt conſidūm ꝙ ſi eſt aliqua forma vel nā que non ptineat ad eſſe perſonale hypoſtaſis ſubſiſtentis: illud eſſe non dr eſſe illius perſone ſimplr ſed ſm qd ſicut eſſe album ē eē ſortis: non inq̄tū eſt ſortes ſꝫ inq̄tū eſt albus. Et h'i eē nihil prohibet multiplicari in vna hypoſtaſi vel pſona. Aliud .n. eſt eſſe quo ſortes ē albus ⁊ quo ſortes eſt muſicus. Sed illud eſſe qd pertinet ad ipſam hypoſtaſim vel perſonaꝫ ſm ſe impoſſibile eſt in vna hypoſtaſi vl' perſona mltiplicari: qꝛ impoſſe eſt ꝙ vnius rei nō ſit vnū eē. Si igitur huª nā aduenerit filio di nō hypoſtatice vl' pſonaliter ſꝫ accñtalr: ſicē q̄dam poſuerūt oporteret ponere in xpo duo eſſe: vnuꝫ q̄dam ſm ꝙ eſt de⁹: aliud āt ſm ꝙ ē hō. Sicē i ſorte ponitur aliud eē ſm ꝙ eſt albus ⁊ aliud ſm ꝙ ē hō. qꝛ eſſe album non ptinet ad ipſuꝫ eſſe pſonale ſortis. Eſſe aūt capitatum ⁊ eſſe corpeū ⁊ eſſe aīatuꝫ totū ptinet ad vnā pſonā ſortis et iō ex oībus his non fit niſi vnū eē in ſorte. Et ſi contingeret ꝙ poſt ꝯſtitutionē perſone ſortis aduenirent ſorti manus vel pedes vel oculi ſicut accidit i ceco nato: ex his nō accreſceret ſorti aliud eſſe: ſꝫ ſoluꝫ relo quedaꝫ ad huiuſmodi: quia. ſ. diceretur eſſe non ſoluꝫ ſm ea que prius habebat: ſꝫ ēt ſm ea que ſibi poſt modum aduenıunt. Sic igit cū huª nā ꝯiungatur filio dei hypoſtatice vel pſonaliter: vt. ſ. dcm̄ eſt: et non accidentaliter: ꝯſequēs eſt ꝙ ſm humanā nām non adueniat ſibi nouuꝫ eē pſonale: ſꝫ ſolū noua habitudo eē perſonalis preexñtis ad nām hūanam: vt. ſ. perſona illa iaꝫ dicatur ſubſiſtere: nō ſolum ſm diuinam naturam: ſed etiam ſm humanam.

Ad primū ergo dōꝫ ꝙ eſſe cōſequitur nāꝫ nō ſicut hñtem eſſe: ſꝫ ſicut q̄ aliqd eſt. pª aūt hypoſtaſim cōſequitr ſicē hñtem eſſe: ⁊ iō magis retinet vnitatē ſm vnitateꝫ hypoſtaſis. q̄ habeat dualitatē ſm dualitatē nāe. Ad p^m

¶ Ad 2^m dōꝫ: ꝙ illud eſſe ēternū filij dei quod ē diuina natura: fit eſſe hominis: inq̄tum huª natura aſſumitur a filio dei in vnitate pᵉ. Ad 2^m

¶ Ad 3^m dōm: ꝙ ſicut in pª parte dcm̄ eſt: qꝛ pſona diuina eſt idem cum nā in pſonis diuinis nō eſt aliud eſſe pᵉ preter eē nāe ⁊ iō tres pſone nō hñt niſi vnū eſſe. Hrent aūt triplex eſſe ſi in eis eſſet aliud eſſe pſone ⁊ aliud eſſe nāe. Ad 3^m

¶ Ad 4^m dōꝫ: ꝙ anima i chriſto dat eē corpori inq̄tū facit ipſum actuꝫ animatum qd eſt dare ei cōplementum nature ſpēi. Sed ſi intelligatur corp⁹ perfectū per aīam abſqꝫ hypoſtaſi habente vtrūqꝫ: hoc totum compoᵐ ex anima ⁊ corpore prout ſignatur nomine humanitatis non ſignificatur vt quod eſt: ſꝫ vt quo aliquid ē: ⁊ ideo ipſuꝫ eſſe eſt perſone ſubſiſtentis: ſed qd hꝫ habitudinem ad taleꝫ naturaꝫ cuius habitudinis cauſa ē anima inquantum perficit humanam naturam informāº corpus. ad 4^m

¶ De his que pertinent ad vnionem xpi quantum ad voluntateꝫ Qō. xviij.



Deide ꝯsiderandum est de vnitate q̄tū ad voluntatē. Et circa hoc q̄runt sex. p° vtrū in xp̄o sit alia voluntas dīna ꝛ alia huᵃ. 2° vtrum in hūana nā xp̄i sit alia volūtas sensualitatis et alia rationis. 3° vtrū ex parte rōnis fuerūt in xp̄o plures volūtates. 4° vtrū in xp̄o fuerit liberū arbitrium. 5° vtꝝ volūtas huᵃ xp̄i fuerit oīo cōformis dīne volūtati ī volito. 6° vtrū in xp̄o fuerit aliqua ꝯrietas volūtates. ❡ Utrū in xp̄o sī due (volūtatū. Ar. i.



1ᵐ. Ad primuꝫ sic proceditur. vꝛ ꝙ ī xp̄o non sint due voluntates: vna dīna ꝛ alia humana. Uoluntas. n. est primū mouens ꝛ imperans in vnoquoqꝫ volente: sꝫ in xp̄o p̄muꝫ mouēs ꝛ imperās fuit voluntas diuina: qꝛ oīa hūana in xp̄o mouebat ſm volūtatē dīnam: ꝑ vꝛ ꝙ in xp̄o nō fuerit
2ᵐ. nisi vna volūtas. s. diuina. ❡ P̄. instr̄m nō mouet ꝓp̄a volūtate: sed volūtate mouētis: sꝫ nā hūana fuit in xp̄o: sic istr̄m dinitatis ei⁹: ꝑ nā huᵃ in xp̄o nō mouebaꝛ ꝓpria
3ᵐ. volūtate sed diuina. ❡ P̄. illud solum multiplicaꝛ in xp̄o qd̄ ꝑtinet ad nām: volūtas aūt nō vꝛ ad nāꝫ pertinere: qꝛ ea q̄ sunt nālia sūt ex necessitate: qd̄ āt est volūtariū: nō
4ᵐ est necessariū: ꝑ volūtas ē vna tm̄ in xp̄o. ❡ P̄. Dam̄. dic. i. 3. li. ꝙ aliqualr̄ velle nō est nāe. sed nr̄e itelligentie. s. ꝑsonalis: sꝫ oīs volūtas est aliqualis volūtas qꝛ nihil ē in gn̄e qd̄ non sit in aliqua eius spē. ꝑ oīs volūtas ad personā ꝑtinet sed in xp̄o fuit: ꝛ est vna tm̄ pᵃ. ꝑ ī xp̄o est vna tantum voluntas.

Sꝫ contra est qd̄ dn̄s dicit Luc. 22. Pr̄ si vis trāsfer calicem istū a me: verū tn̄ non mea voluntas sed tua fiat: qd̄ inducens. Amb. ad brānū ipe- ratorem dic. Sic susceperat volūtatē meam suscepit tristitiaꝫ meā. Et sup Lu. dic. voluntatē suaꝫ ad hoiem retulit. patris ad diuinitatē volūtas. n. hois est temporalis voluntas diuinitatis eterna. ī oppᵐ

Respōdeo dōm. ꝙ quidam posuerūt in xp̄o esse vnam solā volūtatē: sed ad hᵒ ponendū diuersimode moti esse videnꝛ. Appolinari⁹. n. non posuit aīam intellectualem in xp̄o: sed ꝙ v̄bū eēt loco aīe: vel ēt loco inte⁹. Un̄ cū volūtas sit in rōne. vt ph̄s dicit i. 3. de anima. seq̄baꝛ ꝙ ī xp̄o non eēt voluntas huᵃ: et ita in eo nō esset nisi vna voluntas. Et silr̄ Eutices ꝛ oēs q̄ posuerūt vnā nāꝫ ꝯpositam ī xp̄o cogebanꝛ ponere vnam volūtateꝫ in eo. Nestori⁹ ēt q̄ posuit vnionem dei ꝛ hoīs eē factam solum ſm affectum ꝛ volūtatem posuit vnaꝫ volūtatē in xp̄o. Postmodū v̄o Machari⁹ anthiocenus p̄riarcha ꝛ Cipus Alexandrin⁹ ꝛ Sergius Cōstātinopolitanus ꝛ q̄daꝫ coꝝ sequaces posuerunt in xp̄o vnam volūtatē q̄uis ponerēt duas nās in xp̄o ſꝫ hypostasiꝫ vnitas: qꝛ opinabanꝛ ꝙ huᵃ nā in xp̄o nūq̄ mouebatur ꝓpo motu: sꝫ solum ſꝫ ꝙ erat mota deitate: vt pꝫ ex ep̄la synodica Agathōis pape. ꝛ iō i. 6° synodo apd̄ Constantinopolim celebrata determinatū ē oportere dici ꝙ ī xp̄o sunt due volūtates: vbi sic legiꝛ. Iuxta quod olim ꝓphete de xp̄o. Et ipse nos erudiuit ꝛ sctōruꝫ patrū nobis tradidit symbolū duas voluntates nāles in eo ꝛ duas nāles opationes p̄dicamus. Et hoc neciūm fuit dici. Manifestū est. n. ꝙ fili⁹ dei assumpsit humanā nām ꝑfectam: sicut supra ostensum est.

Rn̄° ꝑncip. 3. d. 14. ar. 1. q. pª. 10. arti. 4. ad 13ᵐ opus. 3. ca. 218.

Ad perfectionez aūt humane nature pertinet voluntas q̄ est nālis eius po^a sicut ꝛ itellect⁹: vt pz ex his que in prima parte dicta sunt. Unde necesse est dicere ꝙ fili⁹ dei hūanam volūtatē assūpsit in hūana nā. Per assūptionē aūt hūane nāe nullam diminutionē passus ē filius dei in his q̄ ptinent ad dinā nām: cui cōpetit volūtatē hr̄e: vt ī p̄ma pte hitum est. Un̄ necesse est dicere ꝙ in xp̄o sint due voluntates: vna.s.dina ꝛ alia humana.

Ad p̄m Ad primū ḡ dōm: ꝙ qcqd fuit i hu^a nā xp̄i mouebaṙ nutu volūtatis dīne: nō tn̄ sequitur ꝙ in xp̄o nō fuerit motus volūtatis ꝓpri⁹ nāe hūane qꝛ ēt aliorū sctōꝝ pie volūtates mouentur ƀz voluntatē dei q̄ opatur in eis velle ꝛ pficere: vt dr̄ phil.2. Lz.n.voluntas non possit interi⁹ moueri ab aliqua cre^a: interius tn̄ mouetur a deo vt in p̄ma parte dictū est. Et sic ēt xp̄s ƀm volūtatez hu^am sequebatur voluntatē dinā: ƀm illud p̄s. Ut facerē volūtatem tuam de⁹ me⁹ volui. Un̄ Au.dic̄ ꝯ Maximinū. Non dixit fili⁹ patri. Non qđ ego volo: sz ꝙ tu vis: qđ te iuuat: ꝙ tua v̄ba subiūgis: ꝛ dicis. Oñdit v̄e suā volūtatē subiectaz suo genitori.q. nos negemus hoīs volūtatē volūtati dei dēre eē subiectā.

Ad 2^m ❡ Ad 2^m dōz: ꝙ ꝓpū ē istr̄i ꝙ moueaṙ a p̄ncipali agente diuersimode tn̄ ƀz ꝓpetatē nāe ipsi⁹. Nā istr̄m ināiatū: sic securis aut serra moueṙ ab artifice p solū motū corporalē. instr̄m v̄o aiatū aīa sēsibili moueṙ p appetitū sensitiuū: sicut equus a sessore. Instr̄m v̄o aiatū aīa rōnali mouetur p voluntatem ei⁹ sic p impiū dn̄i mouetur seruus ad aliqđ agendū: q̄ quidē seru⁹ ē sic instr̄m aiatū: vt phs dic̄ in p̄o politice. Sic ḡ hu^a nā in xp̄o fuit instr̄m diuinitatis vt moueret p ꝓpriā volūtatem.

Ad 3^m ❡ Ad 3^m dōm: ꝙ ipsa potentia voluntatis ē nālis ꝛ ꝯsequiṫ nāz ex necessitate: sed mot⁹ vel actus hui⁹ po^e: q̄ ēt volūtas dr̄: qn̄qꝫ qdē est nālis ꝛ necessari⁹. puta r^ii felicitatis: qn̄qꝫ āt ex libero arbi.rōnis ꝓueniēs: ꝛ n̄ necius neqꝫ nālis sic pz de his q̄ ī 2^a parte sūt dicta. Et tn̄ ēt ipa rō q̄ p̄n^m est hui^s mot⁹: est nālis ꝛ iō p̄ter voluntatē dinā oz in xp̄o ponere volūtatē hu^am nō solū ꝓut ē po^a nālis: aut ꝓut est mot⁹ nālis sz ēt ꝓut est mot⁹ rōnalis.

❡ Ad 4^m dōz: ꝙ p h^o qđ dr̄ aliqualr̄ velle designaṙ determinat⁹ mot⁹ volendi: determinat⁹ āt mot⁹ poniṙ circa ipsā rē cui⁹ est mot⁹. Un̄ cuz volūtas ptineat ad nāz ipm ēt qđ est aliq̄lr velle ptinet ad nām̄ū ƀz ꝙ ē absolute ꝯsiderata: sed ƀm ꝙ ē ī tali hypostasi. Un̄ ēt volūtas humana xp̄i hūit quēdā defi^in mo^m ex eo ꝙ fuit i hypostasi dina: vt.s. moueṙ: sp ƀm nutū dine volūtatꝪ. ad 4^m

❡ Utrū in xp̄o fuerit aliqua voluntas sensualitatis p̄ter rōnis voluntatem. Arti.ii.



AD secundum sic pcediṙ. vr̄ ꝙ i xp̄o n̄ fuerit aliqua voluntas sensualitatis p̄ter rōnis volūtatē. dicit.n.phs i.3.de aīa.ꝙ volūtas in rōne est: ī sensitiuo autē app^u est irrascibilis ꝛ cōcupiscibilis. sed sēsualitas sigt appetitū sēsi^m. ḡ n̄ fuit i xp̄o volūtas sēsualitatꝪ. p̄m

2m. ¶ Preterea motus contritionis est subitº: sed non potest esse vnus motus intensior simul & remissior: ergo contriº non debet esse maior de vno q̄
3m. de alio peccato. ¶ P̄. de peccato precipue est contritio ſm q a deo auertit: sed in auersiōe omnia peccata mortalia conueniunt qr omnia tollunt gratiam qua anima deo coniungitur: ergo de omnibº peccatis mortalibus equalis debet esse contritio.

I oppm primus Sz cōtra Deuter. 25. dr. Secundum mensuraz peccati erit & plagarum modus: sed contrition peccatū plage consmensurantur: qr contritio habz ppositum satisfaciendi annexuz: ergo contritio magis debet esse de
2m. vno peccato q̄ de alio. ¶ P̄. de hº debet homo conteri: quod debuit vitare: sed homo debuit magis vitare vnū peccatum q̄ aliud: quia grauius est si necessitas alterū faciendi incumberet: ḡ & similiter d̄ bet de vno. s. grauiori magis q̄ de alio dolere.

Rñº pn cipalis. 4. vbi. s. q. 3ª. Rñdeo dicendum: q de ɔtritione dupliciter possumus loqui. Unomodo ſm q sigillatim singulis peccatis respondet & sic q̄tum ad dolorem superioris affectus requirit q de maiori peccato quis doleat magis: quia ratio doloris est magis in vno q̄ in alio: scilicet offensa dei &c. ex magis enim inordinato actu deº magis offenditur. Similiter etiam cum maiori culpe maior pena debeatur etiam dolor sensitiue partis secundum q p peccato ex electione assumitur: quia pena peccati debet esse maior de maiori peccato: secundum autez q ex impressione superioris appetitus nascit̄ inferiori attenditur q̄titas doloris ſm dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem a superiori: et non ſm q̄titatem peccati. Aliomodo potest accipi contritio ſm q est simul d̄ omnibus sicut in actu iustificatiōis: et h̄ quidem contritio vel ex singulorum consideratione pcedit & sic q̄uis sit actus vnus: tamen distō peccatoꝝ virtute manet in ipso vl̄ adminus habet ppositum de singulis cogitandi annexum: & sic ēt habitualiter est magis de vno q̄ de alio.

AD primum ergo dicendū q Paulus n̄ laudatur de hoc q de omnibº peccatis doleret equaliter: sed quia d̄ paruis peccatis tantum dolebat ac si essent magna per comparatōnem ad alios que de pecatis dolent sed ipse multo amplius d̄ maioribus doluisset. Adpm
¶ Ad 2m dōm: q in illo contritionis motu subitaneo: q̄uis non actualiter distō ītentionis respondēs diuersis peccatis inueniri posset: tamen inueītur ibi eo modo sicut dictum est: et etiam aliomodo ſm q singula peccata ordinem habent ad illud de quo in illa contritione generali contrito dolendū occurrit. s. offensa dei. Qui. n. aliqd tom diligit potius diligit partes etiaz eiº q̄uis non actu et hoc modo ſm q habent ordinem ad totum q̄sdaz plº q̄sdā minº: sic qui aliq̄ cōitatē diligit ꝟtute singulos diligit plus & minus ſm eorum ordinem in bo- Ad 2m

no communi. Et similiter q dolet de hoc q deū offendit de diuersis implicite dolet diuersimode s3 q plus vel minus per ea deum offen dit. ¶ Ad 3m dōm: q q̄uis qōlibz
Ad 3m peccatum mortale a deo auertat & gratiaz tollat tamen qōdam plus elongat q̄ aliud inq̄tum habz ma iorem dissonantiam ex sua inordinatione ad ordinez diuine bonitatis q̄ aliud.

¶ De tempore contritionis.

Questio.iiij.



Deinde ɔsiderādū ē d tpe ɔtritōnis. Circa qd tria q̄runtur. p° vtrū tota vita hec sit ɔtritiōis temp⁹. 2° vtrum expediat ɔtinue de peccato dolere. 3° vtrum post hanc vitā aīe de peccatis ɔterāt.

¶ Utrum hec vita sit contritiōis tempus. Ar.1.

primuz



Ad primuz sic pceditur. vr q n̄ tota hec vita sit contritiōis tempus. Sicut eñ de peccato ɔmisso d3 esse dolor: ita et pudor: sed nō per totam vitam durat pudor de pctō: q2 sic dic Am. non h3 qd erubescat cui peccatuz dimissum est: g vr q nec ɔtritio q̄ ē
2m dolor de pctō. ¶ P̄. Jo.4. dr. Q2 pfecta charitas foras mittit timorem. q2 timor penaz h3: s3 dolor ēt penam h3: g in statu pfecte charitatis nō pōt dolor ɔtritionis ma
3m. nere. ¶ P̄. de p̄terito non pōt esse dolor q ppꝛie est de malo presēti: nisi s̄m q aliquid de pctō preterito in presenti manet: sed qn̄qz peruenitur ad aliquem statum in hac vita in quo nihil de pctō p̄terito mānet: neqz dispō: neqz culpa: neqz reatus aliquis: g non o3 vlterius d illo peccato dolere. ¶ P̄. Ro.8. 4m
dicitur. Q2 diligentibus deū oīa cooperantur in bonum etiam pcā vt dicit glo. g nō o3 p⁹ remissionē pcti q de ipso doleat. ¶ P̄. ɔtri° 5m.
est pars pnie ɔ̄ satisfactionez diuisa: sed non o3 sp satisfacere: g nec ɔteri de peccato semper.

Sz cōtra Aug. in lib. d penitētia dicit. Q2 vbi dolor finitur deficit pnia: vbi 1 oppm
deficit pnia. nihil relinquit de venia: g vr cum oporteat veniā concessam nō perdere: q oportcat sp de pctō dolere. ¶ P̄. eccl.5. dr. de ppiciatu pcōrū. Noli cē sin̄ metu 2m
g hō semp o3 dolere ad pctōꝝ ppiciationem habendam.

Rn̄deo dōm: q in ɔtritione ē duplex dolor. Un⁹ rōnis qui ē detestatio pcti a se cōmissi. alius sensitiue partis qui ex isto ɔsequit: & q̄tū ad vtrumqz cōtritionis tempus ē totius vite pn̄tis status. Quādiu.n. est aliquis in statu vie detestat incommoda: quibus a peruentiōe ad terminū vie retardatur: vel impeditur. vn̄ cum propter peccatum preteritū vie nostre cursus in deum retardetur: q2 tempus illud quod erat deputatum ad currendum recuperari non potest: oportet q in vite huius tempore status cōtritiōis maneat q̄tum ad pcti detestationez. Silr etiam q̄tum ad sensibilez dolorem: qui vt pena a voluntate assumitur: q2 enim homo penaz eternam peccando meruit: & ɔtra eternum deum peccauit: d3 pena eterna in temporalē mutata saltez dolor hois i eter no.i.i statu hui⁹ vite manere. Et ppter h° dic Aug. de san. vic. Q2 deus absoluē s hominē a culpa & pena eterna: ligat eum vinculo perpetue detestationis peccati.

Rn̄o pncip. 4.d.17 q.2. ar. 4.q.1.

Ad primū g dō3 q erubescētia respic pē3 solū inq̄tū h3 turpitudinem: & iō Ad pm

postꝙ peccatū ꝗtum ad culpam remissum est: nō manet pudori locus. manet autem dolori ꝗ nō solum de culpa est inꝗtuz habz turpitudinem sed etiam inꝗtum habet nocumentum ānexum. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ timor seruilis quē charitas foras mittit oppositionē habet ad charitatem ratione seruitutis: quia penam respicit: sed dolor ꝯtritionis ex charitate causat vt dictum est: ꝛ ideo non est simile. ¶ Ad 3m dicēdū: ꝙ ꝗuis ꝑ penitentia pcōr redeat ad grāz pstinam: ꝛ immunitatem pene nunꝗ tamen reddit ad pstinam dignitatem innocentie: ꝛ ideo semꝑ ex ꝑterito peccato aliqd in ipso mānet.

ad 2m. ad 3m. ad 4m ¶ Ad 4m dōz: ꝙ sicut non debz homo facere mala vt veniant bōa ita nō debz gaudere de malis: qa ex eis occasionaliter ꝓueniunt bona diuinitus a gratia vel prouidētia agente qz illoꝝ bonoꝝ peccata causa non fuerunt: sed magis ipedimenta: sed diuina ꝓuidentia ea causauit ꝛ de ea dz homo gaudere: de preteritis autem dolere.

ad 5m. ¶ Ad 5m dōm: ꝙ satisfactio attēditur ſm penam taxatam: que ꝓ peccatis iniungi dz: ꝛ ideo potest terminari vt non oporteat vlteriꝰ satisfacere. h autem pena precipue ꝓportionatur culpe ex parte conuersionis ex qua finitatem habz sz dolor ꝯtritionis respondet culpe ex parte auersionis: ex qua habet ꝗdam infinitatem: ꝛ vnde contritio semper debet manere nec est iconueniens si remoto posteriori manet prius.

¶ Utrum expediat continue de peccato dolere. Artic. 2.

primuz AD secundum sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ non expediat continue ꝺ peccato dolere. Expedit enī quandoqꝫ gaudēr: vt patet Phil. 3. super illud. Gaudete in domino semper dicit glo. Mꝫ necessarium est gaudere: sed non est possibile gaudere simul ꝛ dolere. ergo non expedit continue de peccato dolere. ¶ P̄. illud qꝺ est de se malum ꝛ fugiendum: non est assumenduz nisi quatenus est necessariū vt medicina ad aliquid: sicut patet ꝺ vstione ꝛ sectione vulneris: sed tristitia de se mala est. Unde dicitur Eccl̃. 3. Tristitiam longe expelle a te: ꝛ subditur causa. Multos eñ occidit tristitia: ꝛ non est vtilitas in illa. Hoc etiam philosophus dicit in. 7. Ethi. ꝛ. 10. ergo non ꝺbz amplius dolere de peccato: nisi ꝗtenus sufficit ad peccatum delendū: sed stati pꝰ pmam ꝯtritionis tristitiam peccatum deletum est: ꝫ non expedit vlterius dolere. 2m.

¶ P̄. Ber. dicit. Dolor bonus est si continuus non sit mel. n. absinthio est admiscendum: ergo videtur ꝙ nō expedit continue dolere 3m.

Sed cōtra est quod Au. dicit. Semper doleat penitens: ꝛ de dolore gaudeat. loppm. primuz ¶ P̄. actus in quibus ꝯsistit beatitudo expedit semper cōtinuare ꝗtum possibile est: sꝫ huiꝰ est dolor ꝺ peccato: quod patet Matth. 5. Beati qui lugent: ergo expedit dolorem continuare ꝗtū possibile est. 2m.

Respōdeo dicendum: ꝙ hec est ꝯditō i actibꝰ ꝟtutum inuenta: ꝙ non potest in eis accipi superfluum ꝛ diminutū vt in. 2. Ethi. ꝓbatur: vnde cū cōtritio ꝗtum ad id quod est displicentia quedam in appetitu rationis sit actus penitentie et virtutꝭ: nunꝗ potest ibi esse superfluum sicut nec ꝗtum ad intentionem: ita nec ꝗtum ad durationem: nisi bꝫ ꝙ actus vnius ꝟtutis impedit actum alterius magis necessarium ꝓ tempore illo. Unde ꝗtuncunqꝫ homo cōtinue in actibus displicētie esse possit magis melius est dū Bño. pncipa. 4. dis. 17. q. 2. ar. 4. q 2.



Einde cõsiderandum ẽ de effectu cõtritiõis. Circa quod tria q̃runtur primo vtrum peccati remissio sit contritionis effectus. 2° vtrum cõtritio possit totaliter tollere reatũ pene. 3° vtrum parua contritio sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum.

¶ Vtrum remissio peccati sit cõtritionis effectus. Articu. i.

pm. Ad primum sic pcedit. Vr q peccati remissio non sit cõtritiõis effect9. Solus eñ de9 peccata remittit: sed cõtritionis nos sumus aliqualr cã: quia actus noster est: ergo contritio non est causa

2m. remissionis culpe. ¶ P̃. cõtritio ẽ actus ṽtutis: sed virtus sequitur peccati remissionem: qr virtus et culpa non sunt simul in anima: ergo contritio non est causa remissi-

3m. onis culpe. ¶ P̃. nichil impedit a perceptione eucharistie nisi culpa sed contritus añ cõfessionẽ non dz accedere ad euchãm: ergo nondũ est consecut9 remissionem culpe.

1 oppm Sed contra est qd dicitur in glo. super illud ps. Sacrificiũ deo spũs contribulatus rc. contritio cordis est sacrificium. in quo peccata soluuntur.

2m. ¶ P̃. ṽtus r vitiũ eisdem causis corrũpunt r generant: vt dicitur in. 2. Ethic. sz p inordinatũ amorem cordis pcm̃ cõmittitur ergo p dolorem ex amore charitatis ordinato causatum. peccatus soluitur r sic peccatũ contritio delet.

Rñº pn cipalit. 4.d.17 q.2.ã.5 q.1. Respondeo dõm: q cõtritõ pt dupliciť cõsiderari: vl inq̃tuz est pars sacri. vel inq̃m est actus ṽtutis: r vtro q̃ modo est causa remissionis pcti sed diuersimode: qr inq̃m est pars sacri pmo opať ad remissionẽ pcti instrũaliter: sicut r de alijs sacris. s. patuit. Inq̃m autem est actus virtutis sic est q̃si cã mãlis remissionis peccati: eo quod dispõ est q̃si necessitas ad iustificationẽ. dispõ ãt reduciť ad causã mãlẽ si accipiatur dispõ q̃ disponit mãm ad recipiendum: secus aũt est de dispositiõe agentis ad agendũ: qr illa reducitur ad genus cãe efficientis.

Ad primum ergo dõm: q sol9 deus est cã efficiẽs pncipalis remissionis pcti: sed cã dispositiua pt esse ex nobis: et silr etiã cã sacrãlis: quia forme sacroꝝ sunt ṽba a nobis plata: q̃ habent ṽtutem instrumentalẽ grãm inducẽdi q̃ peccata remittunť. ad pm.

¶ Ad 2m dõm: q peccati remissio vnomodo pcedit ṽtutẽ r grẽ infusionẽ. r alio9 seq̃ť: r sm hoc q seq̃ť actus a virtute elicitus pt eẽ causa aliqua remissionis peccati. ad 2m.

¶ Ad 3m dõm: q dispensatio eucharistie ptinet ad ministros ecclesie: r iõ añ remissionẽ pcti p ministros ecclesie nõ dz aliq̃s ad euchãm accedere: q̃uis sit sibi culpa quo ad deum remissa. Ad 3m.

¶ Vtrum cõtritio possit totalr tollere reatum pene. Articu. ij.



pm. Ad secundum sic pcediť. vr q cõtritio ñ possit totalr tollere reatu pene: qr satisfactõ r cõfessõ ordinãť ad liberatões a reatu pene: sz nllr ita pfecte cõteriť q̃n opteat cũ cõfiteri r satisfacere ergo cõtritõ nullo9 ẽ tãta q totalr deleat reatũ tom. ¶ P̃. i pnia oz eẽ q̃dã recõpẽsatõ pene ad clpã: sz aliq̃ culpa p mẽbra corpis exerceť: ergo cũ oporteat ad debitã pene recõpẽsatões: vt p q̃ peccat qs p h r torqueať: videtur q nũq̃ possit pena totalis peccati p cõtritões absolui. 2m.

¶ P̄. dolor ꝯtritionis est finitus: sꝫ pro aliquo peccato. s. mortali debetur pena infinita: ergo nullomodo pōt ee tanta contritio q totam penam deleat.

s oppm **Sz ꝯtra** est quod deus plus affectum cordis acceptat q̄ ēt exteriorem actum: sed per exteriores actus absoluit hō a pena ⁊ culpa: ergo ⁊ similiter p cordis affectuꝫ q est ꝯtritio. ¶ P̄. exemplum hmōi de latrone habet cui dictum est. Hodie mecum eris in paradiso propter vnicum penitentie actum.

Rñº. princi. 4. d. 17. q. 2. ar. 5. q. 2. **Rñdeo** dōm: q intensio contritionis potest attēdi dupliciter. Uno mō ex pte charitatis q̄ displicentiaꝫ causat: ⁊ sic contingit tm̄ intendi charitatem in actu: q contritio inde sequens merebitur non solū culpe amotionem: sed etiam absolutioneꝫ ab oī pena. Aliomodo ex parte doloris sensibilis quem voluntas ex contritione excitat: ⁊ qꝛ ille etiam pena quedam est tm̄ potest intendi q sufficiet ad deletionem culpe ⁊ pene.

Ad pm **Ad primum** ergo dicendum: q aliquis nō potest eē certus q cōtritio sua sit sufficiens ad deletionē pene ⁊ culpe: ⁊ ideo tenetur confiteri ⁊ satisfacere maxime cum contritio vera non fuerit nisi propositum ꝯfitendi habuisset annexuꝫ: quod debet ad effectum reduci propter preceptum quod est de ꝯfōne datum.

Ad 2m ¶ Ad 2m dōm: q sicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes: ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur. Unde prouerb. 18. Spiritꝰ tristis exiccat ossa.

Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: q dolor contritionis q̄uis sit finitus q̄tum ad intēsionem sicut etiam pena peccato mortali debita finita est habet tamen infinitam virtutem ex charitate qua informatur: ⁊ secundū hoc potest valere ad deletionem culpe: et pene.

¶ Utrum parua ꝯtritio sit sufficiens ad deletioneꝫ magnorum peccatorum. Arti. III.



Ad tertium sic pceditur. videt q cōtritio parua non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorū: qꝛ contritio ē medicina peccati: sed corporalis medicina que sanat corpalem morbum minorem non sufficit ad sanādum maiorem: ergo minima cōtritio nō sufficit ad delendum maxima peccata. pm. ¶ P̄. s̄. dictum est q oportet de maiorib9 peccatis magis ꝯteri: sed contritio non delet peccatum nisi sit ſm q opꝫ: ergo minima contritio nō delet oia pctā. 2m.

Sz ꝯtra quelibet gratia gratum facies delꝫ oēꝫ culpam mortalē: qꝛ simul stare cū ea non potest: sed quelibet contritio est gr̄a gratuꝫ faciēte informata ergo q̄tumcūq3 sit parua delet omnem culpam. s oppm

Rñdeo dōm: q cōtritio vt supe dictum est habet duplicē dolorē: vnū rōnis qui est displicentia peccati cōmissi: ⁊ hec pōt esse paruus adeo q non sufficiet ad rōnem contritionis vt si minus displiceret ei pctm̄ q̄ debeat displicere separatio a fine: sic etiā amor pōt esse ita remissus q nō sufficit ad rationeꝫ charitatis. Aliū dolorem habet in sensu: ⁊ puitas huiusmodi non impedit rōneꝫ cōtritionis: quia nō se habet equaliter ad ꝯtritionē sꝫ: quasi ex accidēti ei adiungitur. ⁊ iterum nō est in potestate nostra. Sic ergo dicendum q q̄tūcunq3 puꝰ sit dolor dū mō ad ꝯtritionis rōnem sufficiat: omnem culpam delet. Rñº pncip. 4. q. 3. vbi. s̄.

Ad primum ergo dōm: q medicine spi/ Ad pm


tuales hñt efficaciam infinitã: ex virtute ifinita: q̃ i eis opat' ⁊ iõ illa medicia que sufficit ad curationem peccati pui: sufficiẽt ad curationem magni: sicut pʒ de bapº q̃ ⁊ magna et parua pctã soluunt': si
Ad 2m militer est de contritiõe dũmõ ad rõnem ꝯtritionis ptingat. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ hoc sequit' ex necessitate: ꝙ vnus hõ plus doleat de maiori peccato q̃ȝ de minori ḃm ꝙ magis repugnat amori qui dolorem causat: sed si vnº alius haberet tm̃ de dolore ꝑ maiori q̃ȝtum ipse hʒ de minori sufficeret ad remissionẽʒ culpe.

¶ De confessione ⁊ eius necessitate. Qõ.vi.



Einde ꝯsiderandum est d ꝯfessione de qua sex sũt cõsiderãda pº de ꝯfessiõis necessitate. 2º de eius q̃titate. 3º de ipsius ministro. 4º d q̃litate eius. 5º de eius effectu. 6º de eius sigillo. Circa pm q̃runt' sex. pº vtrum ꝯfessio sit necessaria ad salutem. 2º vtrũ ꝯfessio sit de iure nãli. 3º vtrũ oẽs ad cõfessionem teneant'. 4º vtrum aliqs possit ꝯfiteri peccatũ quod nõ habet. 5º vtrũ statim hoies pcm̃ cõfiteri teneãt'. 6º vtrum possit cum aliquo dispẽsari ne hoi ꝯfiteat'.

¶ Utrum ꝯfessio sit necessaria ad salutem. Arti.1.

1m 

D primuz sic pceditur: vr̃ ꝙ ꝯfessio non sit necessaria ad salutem. Sacrm̃ .n. pnie pp remissionẽ culpe ordinatũ ẽ: sʒ culpa p grẽ infusionem sufficiẽter remittit': g̃ ad pniam de pcõ agẽ-
2m. dã non est necessaria ꝯfessio. ¶ P̃. pcm̃ qd ex alio ꝯtractum ẽ ex alio dʒ hr̃e medicinaʒ. g̃ pcm̃ actuale qd ex ꝓprio motu quilʒ ꝯmisit dʒ ex re ipa tm̃ hr̃e medicinã: sed ꝯ tale pcm̃ ordinat' pnia. g̃ ꝯfessio nõ est de necessitate penitentie. ¶ P̃. ali- 3m.
qbus est peccatũ remissum sine hº ꝙ ꝯfessi legant': sic pʒ de Petro et Magdalena ⁊ de Paulo: sʒ ñ est minoris efficacie grã remittẽs pcm̃ nunc q̃ȝ tũc fuerit: g̃ nec nũc de necessitate salutis ẽ ꝙ hõ ꝯfiteatur.

¶ P̃. confessio ad hº exigitur i iudicio: vt ḃm q̃titatem culpe pena infligat': sed hõ põt penam sibi ipi infligere maiorẽʒ q̃ȝ ẽt ab alio sibi infligat': g̃ vr̃ ꝙ cõfessio non sit de necessitate salutis. 4m.

Sʒ contra Boe. in .ii. de ꝯsolatio. Si opẽ medicãtis expectas: dʒ ꝙ morbũ detegas sed de necessitate salutis est ꝙ hõ d peccatis medicinã accipiat: g̃ ⁊ d necessitate salutis est ꝙ morbuʒ p ꝯfessionẽ detegat. ¶ P̃. in iudicio seculari non ẽ idẽ iudex vel actor ⁊ reus: sed iudicium spũale est ordinatius: g̃ pcõr q̃ ẽ reus nõ dʒ esse suiipsius iudex: sʒ ab alio iudicari et ita dʒ ꝙ confiteatur. I oppm primuʒ 2m.

Rñdeo dõm: ꝙ passio xp̃i sine cuius ꝟtute: nec originale nec actuale pcm̃ dimittit': in nobis opat' p sacrorũ susceptionem: que ex ipsa efficaciam habẽt ⁊ iõ ad culpe remissionẽ ⁊ actual' et originalis reqritur sacrm̃ eccl̃e vel actu susceptum vel saltẽ voto qñ articulus necitatis nõ ꝯtẽptus sacrm̃ excludit: ⁊ p ꝯñs illa sacra que ordinant' ꝯ culpã: cum qua salus eẽ nõ põt sũt de necẽitate salutis ⁊ iõ sicut baptismus q̃ delet' origiale est de necessitate salutis: ita ⁊ pnie sacramentum. Sicut autem aliquis per hoc ꝙ baptismum petit se ministris ecclesie subiicit ad quos ꝑtinet dispensatio sacramẽti: ita ẽt p hº ꝙ ꝯfitetur pcm̃ sua ministro ecclesie subiicit: vt per sacramentũ pnie ab eo dispensatum remissio Rñº ꝑncip. 4.d.17 q.3. ar. 1.q.1.

nem consequatur: q᷑ congruum remedium adhibet non potest: nisi peccatū cognoscat: qđ fit p confessionez peccantis: ⁊ iō confō ē de necessitate salutis eius: q̄ in peccatū actuale vel mortale cecidit.

Ad pᵐ Ad primum ergo dōm: q᷑ grē infusio sufficit ad culpe remissionē: sed post culpam remissam adhuc est peccator debitor pene temporalis: sed ad gratie infusionē q̄ndam ordīata sunt grē sacrā: añ q̄rū susceptionē vel actu vel p̄po° aliquis grām non conseq̄r sicē in bap° pȝ: ⁊ silr̄ est de cōfessiōe et vlterius p confessionis erubescentiam ⁊ vim clauiuȝ q̄bus se cōfitēs subijcit ⁊ satisfactionē iniunctam quam sacerdos moderar̄ ſm q̄litatem criminum sibi p confessionem innotescentium: pena temporalis expiatur. Sed tñ ex hoc q᷑ opar̄ confessio ad pene remissionez non habet q᷑ sit de necessitate salutis: q᷑ pēa ista est tpal̄: ad quā p° culpe remissionem aliquis remanet ligat°. vñ sine h° q᷑ in p̄nti via expiarer̄. cēt via salutis: sed hȝ q᷑ sit de necēitate salutis ex hoc q᷑ ad remissionē culpe mō predicto operatur. ¶ Ad

Ad 2ᵐ 2ᵐ dōm: q᷑ pcm̄ qđ ex altero contractuȝ est. s. originale p̄t oio ab extrinseco remediū h̄ri: vt in paruulis pȝ: sed peccatum actuale: qđ ex scipō q̄sq̄ȝ cōmisit. nō p̄t expiari nisi aliquid cooperer̄ ille qui peccauit: sȝ tñ non sufficit ad pctm̄ expiādū ex seipso: sicut sufficienter pcm̄ cōmisit eo q᷑ pctm̄ ex parte conuersionis est finitū: ex q̄ pte pctōr in ipm̄ inducir̄: sed ex parte auersionis hȝ infinitatē ex q̄ pte oȝ q᷑ pcti remissio incipiat: q᷑ qđ est vltimum in gñatione est p̄mum in resolutōe vt dr̄ in. 3. ethi. ⁊ iō oȝ q᷑ ēt pctm̄ actuale ex alio medicinam hēat. ¶ Ad

Ad 3ᵐ 3ᵐ dōm: q᷑ ⁊ si ñ legatur eoꝝ confessio potuit tñ fieri. Multa. n. facta sunt q̄ non sunt scripta. Et preter ea xp̄s: habuit potestatez excellentie in sacramentis. vñ sine his q̄ ad sacramentum p̄tinent potuit rem sacramenti conferre. ¶ Ad 4ᵐ dōȝ ad 4ᵐ q᷑ satisfactio nō sufficeret ad expiandā penā pcti ex q̄ntitate pene q̄ in satisfactione imponir̄ sȝ sufficit inq̄ntum est pars sacramenti virtutem sacrālē habēs: ⁊ ideo oȝ q᷑ per dispensatores sacramētoꝝ imponatur. ⁊ ideo necessaria est confessio.

¶ Utrum cōfessio sit de iure nāli Arti. ij.



Ad secundum pᵐ sic pcedir̄. vr̄ q᷑ confessio sit de iure nāli. Adam .n. ⁊ Cayȝ non tenebātur nisi ad precepta legis nāe: sed rep̄rehendunt̄ de hoc q᷑ pctm̄ suū non sunt confessi: ergo confessio pcti est de iure nāli. ¶ P̄. p̄cepta illa que 2ᵐ. manēt in veteri le. ⁊ no. sunt de iure nāli: sed confessio fuit in ve. le. vñ dr̄ Ysai. 43. Narra si q̄d habes vt iustificeris. ergo est d̄ iure nāli. ¶ P̄. 3ᵐ. Iob non erat subiect° nisi legi nāli: sed ipse peccata cōfitebar̄: qđ pȝ per hoc qđ ipse de se dicit Iob. 31. Si abscōdi vt homo peccatū meū ergo est de iure naturali.

Sȝ cōtra Isy. dic̄ q᷑ ius nāle est idem apud ɩ oppᵐ omnes: sed confessio nō est eodē mō pᵐ apud omnes: ergo non est de iure nāli. ¶ P̄. confessio fit ei q̄ hȝ claues: sȝ 2ᵐ claues ecclesie non sunt de iure nāli institute: ergo nec confessio.

Rñdeo dōm: q᷑ sacrā sūt quedam fidei p̄testationes: vñ oȝ ea fidei cē p̄portionata fides aūt est. s. cognitionē rōnis nālis vñ ⁊ sacrā sunt. s. rōnis nālis dictamē: ⁊ q᷑ ius nāle est quod nō opinio genuit: sed innata quedam vis inseruit: vt tullius dicit: iō sacramenta nō sunt de iure nāli sed de iure diuino quod est supra naturale. Nō q̄nq̄ȝ etiaȝ naturale dr̄: ſm q᷑ cuilibet rei illud est nāle: quod ei a suo creatore imponitur: Rñº p̄ncip. 4. d. 17 q. 3. ar. 1 q. 2.

tamen proprie dicũtur nãlia: que ex principijs nãe causant. Supra autem naturam sunt que ipse deus sibi reseruat sine nãe ministro operanda: siue in operationibus miraculorum siue in reuelatiõibus mysteriorum siue in institutionibus sacramentorum: et sic ꝯfessio que necessitatem sacramentalem habet: non de iure naturali est: sed de di(uino.

Ad pm **Ad primũ** ẽ dõm: ꝙ adã vitupat ex hoc ꝙ peccatum suum coram deo non recognouit: ꝯfessio.n. que fit de p recognitionem pcti: est de iure nãli nũc autẽ loquimur de ꝯfessione que fit hoi. Uel dõz: ꝙ ꝯfiteri peccatũ in casu est de iure naturali.s. cũ qs in iudicio cõstitutus a iudice interrogatur tunc.n.non debet peccatum mentiri pcm̃ excusando vel negando de quo adaz ⁊ Chaiz vituperant: sed cõfessio que fit homini sponte ad remissionem pctõrum ꝯdam a deo nõ est de iur nãli.

Ad 2m ℭ Ad 2m dõm: ꝙ pcepta legis nãe manent eodem modo in lege moysi et in no.le.sed ꝯfessio ꝗuis aliqualiter esset in lege moysi: non tamen eodem modo: sicut in le.no. nec in lege nãe: in lege ãt nãe sufficiebat recognõ pcti interior apud deum: sed in lege moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatũ ꝓtestari sicut per oblationes hostie pro peccato ex quo ⁊ eccl̃ia hoi innotescere poterat eum peccasse: nõ autem oportebat vt spũale peccatum a se ꝯmissũ mãifestaret ãt pci

Ad 3m circũstãtias sicẽ in no.le.oꝫ. ℭ Ad 3m dõm: ꝙ Job.loquit de illa abscõsiõe pci quã fac i iudicio dp̃hẽsus pcm̃ negando aut excusando vt ex glosa ibidẽ haberi potest.

ℭ Utrum omnis ad confessionez teneantur. Ar.iij.

pm 

AD tertium sic pcedit.vr̃ ꝙ nõ om̃es ad confessionem tenẽantur: qꝛ sicut dicit Hie. pnĩa est 2a tabula post naufragiũ sed aliqui post baptismum naufragium non sunt passi. g nec eis ꝯpetit penitentia: ⁊ sic nec ꝯfessio que ẽ penitẽtie pars ℭ p̃.ꝯfessio faciẽda ẽ iudicio i cuiuslibꝫ foro: sꝫ aliqui sunt qui non habent hominez iudicem.g.se g nec tenet ad ꝯfessionem. ℭ p̃.aliquis est qui nõ habꝫ peccata nisi venialia: sed de illis si tenet hõ ꝯfiteri: g nõ qlꝫ tenet ad confessionem. 2m. 3m

Sꝫ cõtra est: qꝛ ꝯfessio ꝯ satisfactionẽ ⁊ ꝯtritionem diuiditur: sed oẽs tñ ad ꝯtritionem ⁊ satisfactionẽ: g ⁊ oẽs tñr ad ꝯfessionez. ℭ p̃.hoc pꝫ per decre.de pe.⁊ re. vbi dr̃. Nõ oẽs vtriusqꝫ sexus cũ ad annos discretionis puenerit tñr pctã ꝯfiteri. I oppm pm. 2m.

Rñdeo dõm: ꝙ ad ꝯfessionez dupl̃r obligaũr. vno modo ex iure diuino hoc ipso ꝙ est medicina: ⁊ secundum hoc nõ oẽs tñr ad ꝯfessionẽ: sꝫ illi tm̃ qui pcm̃ mortale incurrunt pꝰ bapm. Alio mõ ex pcepto iuris positiui: ⁊ sic tenẽtur ex institutione ecclesie edita in concilio gñali sub Inno.3.tũ vt quilꝫ peccatorem se recognosceret: qꝛ oẽs peccauerũt ⁊ egẽt gr̃a dei: tũ vt cũ maiori reuerẽtia ad euchaam accedat: tũ vt ecclesiarũ rectoribꝰ sui subditi innotescãt ne lupus intra gregem lateat. Rñ°. pncip. 4.d.17 q.3. ar. .iq.3.

Ad pm **Ad primũ** g dicendũ ꝙ ꝗuis hõ i hac mõtali vita post baptismum naufragium euadere possit: quod est peccatum mortale non tamen euadere potest venialia quibus ad naufragium disponitur: ꝯ q̃ etiam penitentia ordinatur: et ideo manet penitentie locus etiam in illis qui non mortaliter peccant et per consequens confessionis.

Ad 2m ℭ Ad 2m dicendum ꝙ nullus est ꝙn non habeat iudicem christum cui per suum vicarium confiteri debet. quia ꝗuis eo inferior sit inꝗtum plat⁹ ẽ: tñ ẽ eo supior inꝗtum petõr est

Ad 3m ipse et ille christi minister. ¶ Ad 3m dicendū: q ex vi sacri nō tenet aliquis venialia confiteri: sed ex institutione ecce quando non habz alia que confiteatur. vel potest dici sm quosdā: q ex decretali. predicta non obligant nisi illi q habent peccata mortalia. quod patz ex ho q dt: q debet omnia peccata confiteri: quod de venialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri pt: et sz ho ille q n hz mortalia: non tenetur ad confessionē venialium: sed sufficit ad preceptum ecclesie implendum vt se sacerdoti repsentet. et se ostendat absq conscientia mortalis esse: et hoc ei p cōfessione reputat.

¶ Utr aliquis possit cōfiteri peccatum quod non habet. A.4

pm. Ad quartuz sic pcedit. Ur q aliquis licite possit confiteri pcs quod non hz: quia vt dt Gre. Bonar mentium est ibi culpaz agnoscere vbi culpa nō est: ergo ad bonā mentem ptinet vt de illis culpz se accuset: quas non commisit.

2m. ¶ P. aliquis per humilitatem reputat se deteriorem aliquo: qui e manifestus peccator: et in ho e cōmendādus sz qd corde qs existiat lz ore cōfiteri: ergo licite potest confiteri se habere grauius pcm q habeat.

3m. ¶ P. aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo vtr sit mortale vel veniale: et talis debet de illo: vt videt confiteri: vt de mortali: g aliqs debet confiteri aliqn

4m pcm quod non habet. ¶ P. satisfactio ex confessione ordinat: sed aliqs potest satisfacere de peccato: qd n commisit: g etiam potest confiteri pcm qd non fecit.

I oppm primus Sz contra Quicūq dic se fecisse: quod nō fecit mentitur: sed nullus in cōfessione mentiri debz: cū oe mēdaciū sit pcm: ergo nullus debet confiteri pcm qd non fecit. ¶ P. i iudicio exteriori non dz aliqd crimen alicui impigi: qd nō pt per testes idoneos pbari: sz testis in foro pnie est conscientia: ergo aliquis nō debz se accusare de peccato: qd cōscientia sua non habet. 2m.

Respondeo dicendum: q p confessionem dz penitēs se cōfessori suo māifestare il le āt: q alio sacerdoti de se loquitur q sua p scia hēat: siue in bonū siue in malū: nō se sacerdoti māifestat: sed magis occultat: et iō non est idonea confessio. sed ad hoc q sit idonea requiritur q os cordi concordet: vt solum hoc os accuset qd conscientia tenet. Rńo pncipalit. 4.d.21 q.2.ā.3.

Ad primum g dōm: q agnoscere culpam vbi non est pōt eē dupliciter. Uno° vt intelligat q'm ad substantiam actus: et sic non est ver. Non enim ad bonā mentē ptinet: sed ad errātē vt se actū aliquē cōmisisse agnoscat quē non cōmisit. alio° q'm ad conditionem actus: et sic ver est qd Greg. dt. qr iust° in actu qui de se bonus vr formidat: ne aliqs defectus ex parte sua fuerit. Et sic dicit Job. 9. Uerebar oia opa mea et iō ad bonā mētē ēt ptinet: vt habeat formidinez quā corde tz: lingua accuset: et p hoc etiā pz solo. ad pm.

ad 2m dicendū: q iust° q est ve humilis nō reputat deteriorē se q'm ad ppetrationez act° q sit peiō ex gnē: sed qr timet ne in hiis q bene agere vr per supbiā grauius delinqt ad 2m.

¶ Ad 3m dōm: q qn aliqs dubitat d aliq pcō an sit mortale: tnr illud confiteri dubitatione manente: qr qui aliquid cōmittit vel omittit in q dubitat esse pcm mortale peccat mortaliter discrimini se cōmittens et similiter periculo se cōmittit: qui de hoc qd dubitat esse mortale negligit confiteri: non tamen debet asserere illud mortale eē: sz ad 3m.

cũ dubitatione loqui: ꝛ iudicium sacerdotis expectare: cuius est discernere inter lepram et lepram.

ad 4m ¶ Ad 4m dõz: ꝙ ex hoc ꝙ homo satisfacit ꝓ peccato qđ non cõmisit: non incurrit mendacium: sicut cũ quis ↄfitetur pctm̃ qđ non credit se fecisse. Si.n. dicat peccatuꝫ qđ nõ fecit: dũ credit se fecisse non mentitur: ꝛ ideo non peccat si eo modo dicat: sicut est in corde suo.

¶ Utrum statim teneatur confiteri. Ar.5.

pm. 

AD quintũ sic pcedit. vr ꝙ statim teneatur ↄfiteri. Dicit enim Aug. de .s. vict. Si necessitas nõ est q̃ ↄtẽdatur ↄtẽpt9 non excusatur: sed quilibet tenetur vitare ↄtemptũ: ergo quilibet tenetur statiꝫ ↄfiteri cum põt.

2m. ¶ P̃. quilibet tenetur plus facere ad euadenduꝫ morbũ spũalẽ: q̃ ad euadẽdũ morbũ corporalem: sed aliqs infirm9 corpaliter nõ sine detrimẽto salutis medicũ reqrere tardat: ergo vr ꝙ non possit esse sine detrimẽto salutis ꝙ aliqs sacerdoti cuius copiã hꝫ nõ stati de peccato ↄfiteatur.

3m. ¶ P̃. illud qđ sine termino debetur statim debetur: sed sine termino dꝫ hõ ↄfessioneꝫ deo ergo tenetur ad statim.

I oppm primus Szꝛtra In decre. statuitur tẽpus determinatum de ↄfessione ꝛ de euchae pceptiõe sed aliquis nõ peccat si nõ pcipiat euchaam añ tp̃s a iure determinatum: ergo nõ peccat si añ tp̃s illud non

2m. ↄfiteatur. ¶ P̃. qcunq3 illud omittit ad qđ ex p̃cepto tenetur peccat mortaliter: si ergo aliqs nõ stati confitetur qñ hꝫ copiam sacerdotis: si ad statim confitẽdum tenetur peccaret mortaliter. ꝛ eadem ratione alio tempore: ꝛ sic deinceps ꝛ ita multa peccata mortalia hõ icurreret ꝓ vna pnie dilatione. qđ vr incõueniẽs.

Rño pncip. Rñdeo dõm: ꝙ cum propositum confitendi sit annexum ↄtritioni: tunc tenetur aliqs ad hoc propositũ qñ ad ↄtritionem tenetur. s. qñ pctã memorie occurrunt quod p̃cipue in periculo mortis existit aut in aliquo articulo: in quo sine peccati remissione oporteat eum peccatum incurrere sicut cuꝫ tenetur ad celebrãdũ: nisi desit copia sacerdotis saltez ↄteri tenetur ꝛ habere propositum ↄfitendi: sed ad confessionem actualiter faciendã obligatur dupliciter. Uno° p accidens. s. qñ ad aliquid tñr: qđ nõ põt siñ pctõ facere nisi ↄfessus: tũc ↄfiteri tenetur: sicut si debeat eucharistiã pcipere ad quã nullus post peccatum mortale nisi ↄfessus accedere dꝫ copia sacerdotis oblata: et necessitate non vrgente: et inde venit obligatio q̃ ecclesia oẽs obligat ad semel in anno ↄfitẽdũ: qꝛ instituit vt semel in anno. s. i pascha te oẽs sacra ↄmunionẽ accipiant: ꝛ iõ añ temp9 illud oẽs ↄfiteri tñr. ꝛ alio° obligantur aliq ad cõfessionẽ per se: ꝛ sic vr eẽ eadẽ rõne de ↄfõne ꝛ baptismo differẽdo qꝛ vtrumq3 est sacrm necessitatis. Ad bapm ãt pcipiendum nõ tenetur aliqs statim postq̃ hꝫ ꝓpositum baptismi: ita ꝙ peccet mortaliter nisi statim baptizaretur: nec est aliquod tempus determinatuꝫ vltra qđ si bapm differat pctm̃ mortale incurrat: sed põt ↄtingere ꝙ in dilatiõe baptismi mõtale erit peccatum vel non erit ꝛ hoc pensãdũ est ex causa dilationis qꝛ sicut dicit phs. 8. phy. Uolũtas nõ retardat facere opus volituꝫ nisi pp aliquã cãm rõnabilem: vñ si cã dilatiõis baptismi mortale pctm̃ annexũ habeat: vtpote si p p ↄtemptũ vel aliqđ h9i bapm differat: dilatio erit pctm̃ mortale: alias non. Et iõ idẽ videtur esse in confessione que nõ est maioris necessitatꝫ q̃ baptism9 Et quia ea que sunt de necessitate salutis tenetur homo in hac vita implere: ideo si periculum mortis im

4.d.17. q.3. ar. 1.q.4.

mineat etiam p se loquēdo obligatur aliquis ad confessionem faciēdam tunc vel baptismum suscipiēdum. Et propter hoc etiam Ja. sil' preceptum edidit de cōfessione facienda vel extrema vnctione percipienda. Et ideo videtur probabilis illorū opinio: qui dicunt q non tenetur homo ad statim ɔfitēdum: q̄uis periculosū sit differre. Alij dīt q tenetur ɔtritus ad statim confitendum debita oportunitate oblata: secundum rectam rōnem nec obstat q decre. terminū ɔfigat: vt semel in anno confiteatur: q2 ecclesia non indulget dilationi: sed prohibet negligentiā in maiori dilatione: vnde per decre. illam non excusatur a culpa dilationis q̄m ad forum ɔscie sed excusatur a pena q̄tū ad forū ecclesie vt nō priuetur debita sepultura si morte preuētus fuerit añ tps illd. Sed hoc videtur nimis durū. q2 p̄cepta affirmatiua nō obligant ad statim: sed ad tp̄s determinatū nō quidem ex ho q tūc ɔmode impleri possunt: q2 tunc si non daret aliquis elynam de suꝑfluo q̄tūcunq pauper offerret: peccaret mortalr quod falsum est. Sed ex hoc q tēpus necessitatē vrgentē adducit: et iō nō oꝫ q si statī oblata oportunitate nō ɔfiteat: ēt si maior oportunitas nō expectet aliqs peccet mortaliter: sed qñ ex articulo tp̄is necessitas cōfessionis inducit: nec hoc est ex indulgentia ecclesie q ñ teneatur ad statim: sed ex nā p̄cepti affirmatiui. vnde ante ecclesie statum etiam min9 debebat. Quidam vero dīt q seculares nō tenētur ante quadragesimale tp̄s ɔfiteri: qd ē eis pnie tp̄s. Sz religiosi tenēt ad statim: q2 totū tempus est eis pnie tp̄s. Sed hoc nihil ē q religiosi tñr ad alia q̄ alij hoīes: nisi ad q̄ ex voto se obligauerunt.

Ad pm **Ad primū** ḡ dicēdū: q hu. loquitur de illis q̄ sine sacramēt decedunt. ¶ Ad 2m dicendum: q non est de necessitate salutis corporalis q statī medicum querat nisi quando necessitas curationis incūbit ɛ similiter de morbo spūali. Ad 2m ¶ Ad 3m dōm: q retentio rei aliene inuito domino ɔriatur precepto negatiuo: qd obligat semper ɛ ad sēper: ɛ iō tenetur statim ad statim reddendū. Secus est autem de impletione p̄cepti affirmatiui: qd obligat sp: et non ad semp. Vñ non tenet ad statim implendum. Ad 3m

¶ Utrum possit cū aliquo dispēsari q non ɔfiteatur. Ar. vi.



Ad sextum sic pcedit: vr q possit cū aliquo dispēsari ne cōfiteat homini peccata. pm Precepta enim q̄ sunt de iure positiuo subiacent dispensationi prelatorum ecclesie: sed ɔfessio est huiusmodi: vt ex dictis pꝫ: ḡ pōt dispensari cū aliquo vt nō ɔfiteat. ¶ P̄. illud quod ab homine institutū est: pōt etiam ab hoīe dispēsationem recipere sed confessio nō legitur a deo īstituta. sed ab hoīe. Ja. v. Cōfitemini alterutrū pctā vestra: habet autem papa ptātem dispensandi in his que per Apoc. instituta sunt: sicut patet de bigamis: ḡ etiam potest cum aliquo dispensari ne confiteatur. 2m

Sz ɔtra Penitentia cuius pars est confessio ē sacramentū necessitatis sicut baptismus: cum ḡ in baptismo nullus dispensare possit nec in cōfessiōe aliquis dispensare poterit. I oppm

Rñdeo dōm: q ministri ecclesie instituuntur i ecclesia diuinitus fundata: ɛ ideo īstitutio ecclesie p̄supponit ad operationes ministrorum sicut opus creationis presupponitur ad op9 nature: ɛ q2 ecclesia fundatur in fide ɛ in sacramentis: ideo ad mini Rño pncip. 47. d. 17 q. 3. ar. 1 q. 5.

stros nouos articulos fidei edere aut editos remouere: aut noua sacramenta instituere: aut instituta remouere nō pertinet: sed hoc est potestatis excellentie: q̄ soli debet xp̄o qui est ecclesie fundamentuz. Et ideo sicut papa non potest dispensare vt aliquis sine baptismo saluetur: ita nec q̄ saluetur sine cōfessione scd̄m q̄ obligat vi sacri. Sed potest dispensare in cōfessione: secundum q̄ obligat de precepto ecclesie: vt possit alijs diutius confessionez differre q̄ ab ecclesia institutum sit.

Ad p̄m **Ad primū** ḡ dicendum: q̄ p̄cepta diuini iuris non minus obligant q̄ precepta iuris naturalis: vnde sicut nō

Ad 2m potest dispensari in iure naturali: ita nec i iure positiuo diuino. ¶ Ad 2m dd̄m: q̄ p̄ceptuz d̄ c̄fessione nō est ab homine primo institutum: q̄uis sit a Jac. promulgatum sed a deo institutionem habuit q̄uis expressa ipsius institutio non legatur: tamen quedam prefiguratio ipsius iuenitur: & in hoc q̄ Johā. c̄fitebantur peccata qui baptismo ipsius ad gratiam xp̄i preparabātur & in hoc q̄ dominus sacerdotibus leprosos transmisit qui q̄uis non essent no. te. sacerdotes: tamē in eis no. te. sacerdotium siḡbat.

¶ De c̄fessionis quiditate.

Questio. vij.



Einde c̄siderādum est de quidditate cōfessionis. Et circa hoc tria q̄rūtur. p̄o vtrū Aug. conuenienter diffiniat confessionem. Secundo vtrum confessio sit act9 virtutis. 3o vtrum confessio sit actus penitentie virtutis.

Vtrū Aug. cōuenienter diffiniat c̄fessionem. Ar. i.



D primuz sic p̄m p̄cedit. vr̄ q̄ Aug. icōuenienter diffiniat cōfessionem dicēs. Cōfessio est per quam morbus latēs spe venie aperitur. Morbus enim cōtra quem confessio ordinatur peccatum est: sed peccatum aliquando est apertum: ergo nō debuit dicere morbum latentem esse cui9 cōfessio est medicina. ¶ P̄. principium penitētie est timor sed cōfessio 2m. est pars penitentie: ergo non debuit pro essentia confessionis ponere spem: sed magis timorem.

¶ P̄. illud quod sub sigillo ponit 3m nō aperitur: sed magis clauditur sed peccatum quod quis confitet sub sigillo confessionis ponitur: ḡ non aperitur in confessione peccatum: sed magis clauditur. ¶ P̄. inueniuntur alie q̄daz diffinitiones 4m. ab ista differentes Gre. n. dic̄ q̄ cōfessio est peccatorum detestatio et corruptio vulneris. Quidā vero dicunt q̄ c̄fessio est coram sacerdote legitima peccatoruz declaratio Quidam autem dicunt sic. Cōfessio est sacramētalis delinquentis accusatio ex erubescentia: & p̄ claues ecclesie satisfactoria obligans ad peragendam penitentiam iniūctam ergo videtur q̄ preassignata diffinitio cum non omnia contineat que i his c̄tinētur sufficiēs sit.

R̄n̄deo dicendum: q̄ in actu R̄n̄o. confessionis plura c̄siderāda occurrunt. Primo ipsa p̄ncip. substa act9 siue ḡn̄s ei9: qd̄ est māifestatio quedam. Secundo de quo 4. d. 17 q. 3. ar. fit. s. peccato. Tertio cui fiat. s. sacerdos. Quarto causa eius. s. spes venie. Quinto effectus. s. absolutio a parte pene: & obligatō ad aliam partem exoluendam. In p̄ma ergo diffinitione Aug. tāgitur & substa actus in apertione: & de quo .2. q. 1.

sit confessio: cũ dr̃ morb⁹ latens: ⁊ causa ipse venit: ⁊ in alijs diffinitionibus tanguntur aliq̃ de illis q̃n q̃ assignatis vt cuilibet inspicienti patet.

ad p^m. **Ad primum** ꝙ dicendum: ꝙ q̃uis sacerdos aliq̃n sciat ei⁹ pctm̃ vt homo. nõ tñ scit vt xp̄i vicarius. Sicut etiã iudex aliquando scit aliquid vt homo quod nescit vt iudex: ⁊ q̃tum ad hoc quod p confessionem aperitur a liq̃n scit aliquid vt hõ: quod nescit vt iudex. Uel dicendũ: ꝙ q̃uis actus exterior in apto sit: actus interior qui principium est in occulto est. ⁊ ideo oꝫ ꝙ per confessionem apiatur.

ad 2^m. ¶ Ad 2^m dicendũ: ꝙ confessio presupponit charitatem qua q̃s viuus iam efficitur vt in lr̃a dicit. Contritio autem est in qua datur charitas: timor auteꝫ seruilis qui est sine spe: ⁊ est ꝯtrarius ad charitatem: sed habens charitatem mag̃ mouet ex spe q̃ ex timore et ideo causa confessionis ponit poti⁹ spes q̃ timor.

ad 3^m. ¶ Ad 3^m dicẽdũ: ꝙ peccatum in qualibet confessione aperitur sacerdoti: ⁊ claudit alijs confessionis sigillo.

ad 4^m ¶ Ad 4^m dicendum: ꝙ non oꝫ in qualꝫ diffinitione oĩa tangere: que ad rem diffinitam concurrunt. ⁊ ideo inueniuntur q̃daꝫ diffinitiones siue assignatiões data penes vnã cãm: quedam penes aliam.

¶ Utrum confessio sit actus virtut̃. Articulo. ij.

p^m. **AD secundum** sic proceditur. Uidetur ꝙ confessio nõ sit actus virtutis. Omnis em̃ actus virtutis ẽ de iure naturali: quia ad virtutes a pti sumus a nã vt phs dicit i. 2. ethic. sed cõfessio non est de iure naturali ergo non est actus virtut̃.

2^m. ¶ p̄. actus virtutis magis conuenire potest innocenti q̃ ei qui peccauit: sed confessio peccati de quo loquimur nõ potest innocenti conuenire: ergo non est actus virtut̃.

3^m. ¶ p̄. gratia que est in sacrament̃ aliquo mõ differt a gratia que est in virtutib⁹ ⁊ donis sed confessio est pars sacramenti: ergo nõ est act⁹ virtutis.

i opp^m primus **Sed cõtra.** Precepta leg̃ sunt de actib⁹ virtutum: sed cõfessio cadit sub precepto: ergo est actus virtutis.

2^m. ¶ p̄. nõ meremur nisi actibus virtutum: sꝫ confessio est meritoria: quia celuꝫ aperit: vt in littera magister dicit ergo videt ꝙ sit actus virtutis.

Rñ^o principalit. vbi. s. q 4. **Respõdeo** dicẽdũ: ꝙ ad h^o ꝙ aliquid dicat actus virtutis: vt prius dictum est: sufficit ꝙ i sui rõne aliq̃ conditionẽ implicet q̃ ad virtutem pertineat: q̃uis autem non omnia que ad virtutem requirunt importet confessio tamen importat ex suo noĩe manifestationẽ alicuius: qđ in conscia tenet aliquis: sic em̃ simul in vnuꝫ os ⁊ cor conueniunt. Si enim quis aliqd proferat ore qđ corde non teneat: non est confessio: sed fictio hec aũt conditio ad virtutem pertinet: vt aliquis ore confiteat: qđ corde tenet: ⁊ ideo confessio ẽ bo^m ex genere. et est actus virtutis: sed tñ põt male fieri nisi alijs debitis circunstãtijs vestiatur.

ad p^m. **Ad primum** ergo dicendũ: ꝙ ad cõfessionẽ veri modo debito faciendam vt oꝫ ⁊ cui oꝫ in generali inclinat ratio naturalis: ⁊ scḋm hoc confessio est de iure naturali sed determinatõ circunstantiarum quãdo: ⁊ q̃modo: et quid cõfiteri oporteat: ⁊ cui h^o est ex institutione iuris domini: de qua loquimur: ⁊ sic patet ꝙ ius naturale inclinat ad confessionẽ mediante iure diuino: q̃ circunstantie determinantur: sicut etiam in omnibus est que sunt de iure positiuo.

ad 2^m. ¶ Ad 2^m dicendum: ꝙ illius virtutis cuius obiectum est pecca

catum ꝯmissum: ꝗuis habitū pos sit innocēs habere: tamen actum non habet innocentia permanente ꝛ ideo etiam ꝯfessio peccatorū de q̄ nūc loquimur nō ꝯpetit inocēti: ꝗuis sit actus ꝟtutis. ¶ Ad 3m dicendū: ꝙ ꝗuis gratia sacramētorum ꝛ gratia virtutum sit alia ꝛ alia: nō tamē sunt contrarie sed disperate: ꝛ idō non est incōueniens vt idem sit act⁹ virtutis ſm ꝙ ex libero arbi. gratia informato ꝓcedit et sic sacramentum vel pars sacramenti est ſm ꝙ est medicina in remedium peccati ordinata.

Ad 3m

¶ Utrum confessio sit actus penitentie virtutis. Ar. 3.

primus **A**D tertium sic ꝓceditur. Videtur ꝙ confessio non sit actus penitentie virtutis: quia actus illius virtutꝫ est: que est cā ei⁹ ſꝫ cā ꝯfessiōis est spes venie: vt ex diffinitiōe inducta apparet ḡ videtur ꝙ sit actus spei: ꝛ non penitentie.

2m. ¶ P̄. verecundia est pars temperantie: sed confessio ex erubescentia operatur: vt ex pāssignata diffinitione apparet: ergo est actus temperantie ꝛ non penitentie.

3m. ¶ P̄. actus penitentie innitit diuine mie: sed ꝯfessio magis innitit sapientie ꝓpter veritatem: que ip ī ipsa eē debꝫ: ḡ non est actus penitentie.

4m ¶ P̄. ad penitentiā mouet articulus de iudicio ꝓpter timorē: qui penitentie origo est: sed ad ꝯfessionem mouet articulus de vita eterna: qꝛ est ꝓpter spem venie ḡ ñ est actus pnie.

5m ¶ P̄. ad ꝟtutē veritatis ptinet vt ostendat se qs talem qualis est: sed hoc fac̄ cōfitens: ḡ est actus virtutꝫ que dicit̄ veritas ꝛ non pnie.

1 oppm **Sed contra** Penitētia ordiatur ad destructōem peccati: sed ad hoc idē ordiatur confessio: ergo est actus penitentie.

Rñdeo dicendum: ꝙ hoc in ꝟtutibus considerandum est: ꝙ quando supra obiectū ꝟtutis additur spāalis rō boni et difficilis requiritur specialis virtus: sicut magni sumptus ad magnificentiam pertinent: ꝗuis cōiter sumptus mediocres ꝛ donationes pertineāt ad liberalitatem: vt patet. 2. Ethic. ꝛ. 4. Et similiter est in cōfessiōe veri que ꝗuis ad veritatem ꝟtutis ptineat absolute: tamē ſm ꝙ aliqua ratio boni addi tur ad aliam ꝟtutem pertinere incipit: ꝛ ideo dicit philosophus 4. Ethi. ꝗꝫ confessio que fit in iudicijs non pertinet ad veritatis ꝟtutem: sed magis ad iusticiam: ꝛ silr confessio beneficiorum dei in laudem diuinam non pertinet ad virtutem veritatis: sed ad virtutem latrie: et ita etiam confessio peccatoꝝ ad remissionem eorum consequendam non elicitur: ad virtutem ꝟitatis: vt quidam dicunt: ſꝫ ad ꝟtutem penitentie imperatiue aūt ad multas ꝟtutes pertinere pt ſm ꝙ in fine multarum virtutum trahi potest confessionis actus.

Rño. pncipa. vbi. s̄. q 3.

Ad primum ḡ dicendū: ꝙ ipes est cōfessionis causa: non sicut eliciens: ſꝫ sicut imperans. ¶ Ad 2m dicendum: ꝙ erubescencia in illa diffinitione ponit̄ q̄si causa confessionis: cum magis nata sit impedire confessionis actum: sed magis q̄si cōcā ad liberandum a pena in ꝗtum ipsa erubescentia pena quedam est sicut etiā claues ecclīe ad hoc sunt. ¶ Ad 3m dicendum: ꝙ ſm ꝗdam adaptationē partes penitentie tribus attributis personarum adaptari possunt vt contritō misericordie vel bonitati respondeat ꝓpter dolorem de malo: confessio sapie pp manifestationeꝫ: satisfactio potentie propter satisfaciendi laborem: ꝛ qꝛ contritio ē p

ad pm.

Ad2m.

ad 3m

ma pars penitentie efficaciam a-
lijs partibus prebens. ideo eodem
modo iudicatur de tota peniten-
ad 4m tia: sicut de contritione. ¶ Ad 4m
dicendum: quod quia confessio magis ex spe pro-
cedit quam ex timore: ideo magis in-
nititur articulo de vita eterna. quam
respicit spes quam articulo de iudicio:
quod respicit timor quamuis penitentia
tia ratione contritionis econuer-
Ad 5m sa se habeat. ¶ Ad 5m patet solo
ex dictis.

¶ De ministro confessionis.

Questio. viij.



Deinde considerandum est de ministro confessionis circa quod queruntur septem. Primo vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti. 2° vtrum in aliquo casu liceat alijs quam sacerdotibus confiteri. 3° vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire. 4. vtrum sit necessarium quod homo confiteatur proprio sacerdoti. 5° vtrum possit aliquis alteri quam proprio sacerdoti confiteri ex priuilegio vel mandato superioris. 6° vtrum penitentes in extremo vite sue possit absolui a quolibet sacerdote. Septimo vtrum pena temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpe.

¶ Utrum sit necessarium sacerdoti confiteri. Ar. j

primum Ad primum sic proceditur. Uidetur quod non sit necessarium sacerdoti confiteri. Ad confessionem enim non obligamur nisi ex diuina institutione sed diuina institutio nobis proponitur. Jacobi. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra: vbi non fit mentio de sacerdote: ergo non oportet confiteri sacerdoti. ¶ Preterea. Penitentia est necessi- 2m.
tatis sacramentum sicut et baptismus: sed in baptismo propter necessitatis sacramentum est minister quilibet homo: ergo et in penitentia: sed ministro ecclesie facienda est confessio ergo sufficit cuilibet confiteri. ¶ Preterea. confessio est ad hoc ne-
cessaria vt taxetur penitenti satis- 3m.
factionis modus: sed aliquis aliquando non sacerdos discretius possit penitenti dare satisfactionis modum quam multi sacerdotes: ergo non est necessarium quod confessio fiat sacerdoti. ¶ Preterea. confessio ad hoc est ordinata in ecclesia vt rectores pecorum suo- 4m
rum vultum cognoscant: sed quandoque rector vel prelatus non est sacerdos: ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

Sed contra. Absolutio peni-
tentis propter quam 1 opp m.
fit confessio non fit nisi ad sacerdo- primum
tes quibus claues commisse sunt: ergo confessio debet fieri sacerdoti.
¶ Preterea confessio prefigura- 2m.
tur in Lazari mortui viuificatione: sed dominus solum discipulis precepit vt soluerent Lazarum vt patet Jo. 11. ergo sacerdotibus facienda est confessio.

Respondeo dicendum: quod gratia Rn° prin-
que in sacramen- cipalit.
tis datur a capite in membra descen- vbi. s. d.
dit: et ideo solus ille minister est sacra- 3. q. 1.
mentorum in quibus gratia datur qui habet ministerium super corpus christi verum: quod solius sacerdotis est: qui consecrare eucharistiam potest: et ideo cum in sacramento penitentie gratia conferatur solus sacerdos minister est huius sacramenti: et ideo ei soli facienda est sacramentalis confessio que ministro fieri debet.

Ad primum ergo dicendum:
quod Jaco. loquitur Ad pm
ex presuppositione diuine institutionis: et quia diuinitus institutio precesserat de confessione sacerdotibus facienda: per hoc quod eis potesta-

tem remittendi peccata in ap̄lis dedit: vt p3 Jo.20.16 intelligēdū est q̄ Jac. sacerdotibus confessionem esse faciendā monuit. ¶ Ad 2m dicendum: q̄ bap9 est magis sacr̄m necessitatis q̄ penitentia: q̄ ad cōfessionē & absolutionem q2 quādo q̄ baptismus pretermitti non pōt sine periculo salutis eterne: vt patet in pueris qui non habent vsū rationis: sed non est ita de confessione & absolutione: q̄ tantum ad adultos pertinent in quibus contritio cum p̄posito ↄfitendi: & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum a morte eterna: & ideo nō est simile de baptismo & confessione.

Ad 2m

Ad 3m. ¶ Ad 3m dicendum: q̄ in satisfactione non solum attendenda ē q̄titas pene: sed etiam virtus ei9 s̄m q̄ est pars sacramēti: & sic req̄rit sacramentorum dispensationē q̄uis etiam ab alio q̄ a sacerdote pena taxari possit.

Ad 4m ¶ Ad 4m dicendum: q̄ cognoscere vultum pecoris ad duo potest necessariū eē. Primo q̄ coordinet gregi x̄pi: & sic cognoscere vultum pecoris pertinet ad curam & sollicitudinē pastoralem que incūbit quandoq3 illis q̄ non sunt sacerdotes. 2o ad hoc q̄ p̄uideatur ei ↄpetens medicamentum salutis. s. sacr̄m euchari͏e et talia p̄bere pertinet ad sacerdotem & ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

¶ Utrum in aliquo casu liceat aliȷ q̄ sacerdoti confiteri. Ar. 2

primū

Ad primum ergo dicendum: quod omnia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos: sed hoc sacramentum datur principaliter ad actus aliquos agendos: et ideo secundum diuersitatem actuum oportet quod ordinis sacramentum distinguatur: sicut potentie distinguuntur per actus. Ad pm
¶ Ad 2m dicendum: quod distinctio ordinis non est totius integralis in partes neque totius vniuersalis: sed totius potentialis: cuius hec est natura: quia totum secundum completam rationem est in vno: in alijs autem est aliqua participatio ipsius: et ita est hec tota. n. plenitudo sacramenti huius est in vno ordine. s. sacerdotio: sed in alijs est quedam participatio ordinis: et hoc significatum est in hoc quod dominus dixit Ad 2m

Numeri.11. Moysi. Auferã de spiritu tuo & tradaz eis: vt sustentẽt tecum onus populi: & ideo omnes ordines sunt vnum sacramentum.

Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: q in regno quãuis tota potestatis plenitudo resideat penes regem: non tamen excluduntur ministrorũ potestates: que sunt participationes quedam regie potestatis: et similiter etiaz in ordine. Aristocratie autẽ apud nullum residet plenitudo potestatis. sed apud omnes.

¶ Utrum sint septem ordines.
Articulus.2.

pm  D secundum sic proceditur: videtur q non sint septem ordines. Ordines enim ecclesie ordinantur ad actus hierarchicos: sed tres sunt actus hierarchici. s. purgare: illuminare: & perficere: secundum q Dio. distiguit
2m. tres ordines in.5.c.eccl. hierar. ergo non sunt septez. ¶ p. omnia sacramenta habent efficaciam & auctoritatem ex institutione christi: vel saltem apostolorũ eius sed in doctrina christi & apostolorũ nõ fit mentio nisi de presbiteris & diaconibus: ergo videtur q non sint
3m. alij ordines. ¶ p. per sacramentũ ordinis constituitur aliquis dispẽsator aliorum sacramentorum: sed alia sacramẽta sunt.6. ergo debẽt esse tantum sex ordines.

1 oppm pm. Sz cõtra videtur q debeãt esse plures: q2 quãto aliqua virtus est altior tãto est minus multiplicabilis: sed potestas hierarchica est altiori modo in angelis q in nobis: vt Dio. dicit: cum ergo in hierarchia angelica sint.9. ordines: totidem deberent esse in ecclesia vel plures.
2m ¶ p. prophetia psalmorũ est nobilior inter omnes alias prophetias: sed ad pronunciandũ in ecclesia alias prophetias est vn9 ordo. s. lectorum: ergo et ad pronunciandũ psalmos deberet esse alius ordo: & precipue cum in decretis di. 21. psalmista secundus ab hostiario inter hos ordines ponatur.

Rñdeo dicendum: q quidaz sufficientiam ordinũ assumunt per quandaz adaptationem ad gratias gratis datas: de quibus habetur. 1. Cori. 12. dicũt enim q sermo sapientie competit episcopo: quia ipse aliorum ordinator est quo ad sapientiã ptinet sermo scientie sacerdoti: q2 debet habere clauem scientie: fides diacono q predicat eucharistiam: opera virtutum subdiacono: q se ad opa perfectionis extendit per votũ cõtinentie: interpretatio sermonum acolito: qd significatur in lumine qd defert: grã sanitatum exorciste genera linguarum psalmiste prophetia lectori: discretio spirituuz hostiario: qui quosdam repellit et quosdam admittit. Sed hoc nihil ẽ quia gratia gratis data nõ datur eidez: sicut nec omnes ordines dãtur eidem. Dicitur enim. 1. Corin. 12. diuisiones gratiarum sunt. Et iterum ponuntur quidaz ordines qui non dñr. s. epatus & psalmistatus. & ideo alij assignãt ẽm quãdam assimilationes ad celestẽ hierachiã: in quibus ordines distinguũtur secundum purgationem: illuminationem: & perfectionem. Dicũt. n. q hostiarius purgat exterius segregando bonos a malis etiã corporaliter: iterius vero acolit9: q2 per lumen qd portat signãt se interiores tenebras pellẽ & vtroq mõ exorcista: quia diabolus quem expellit vtroq modo perturbat sed illuminatio que fit quantum per doctrinam propheticam fit per lectores: quãtuz ad apostolicã fit per subdiaconos quãtum ad euangeliũ per diaconos fit: sz pfectio cõmunionis vtpote que est penitentie &

Rño pncipa. vbi. s. q.2.

baptismi ꝛ hoc fit per sacerdotes: excellens vero per epm: vt ꝯsecratio sacerdotū ꝛ virginum: sed excellentissima per summum pontificē: in quo est plenitudo auctoritatis. Sed hoc nichil est: tum qꝛ ordines hierarchie nō distiguuntur per predictas actiones hierarchicas: tum quia quelibet cuilibet ordinū conuenit: tum qꝛ ſm Diony. solis episcopis ꝯuenit perficere: illuminare autem sacerdotibꝰ purgare aūt ministris omnibus. Et idō alij appropriant ordines .7. donis: vt sacerdotio respondeat donum sapientie: que nos pane vite ꝛ intell's cibat: sicut sacerdos nos pane celesti reficit: sed timor hostiario: quia nos separat a malis: et sic intermedij ordines respondent medijs donis. Sed hoc iterū nichil est: quia in quolibet ordine septiformis gratia datur. ¶ Et ideo aliter dicendum: ꝙ ordinis sacrm ad scm eucharistie ordinatur: qđ est sacrm sacramentorum: vt Dio. dicit. Sic eñ templum ꝛ altare ꝛ vestes: ita ꝛ ministeria que ad euchᵃᵐ ordinantur ꝯsecratiōe indigent ꝛ hec consecratio est ordinis sacramentum: et idō distō ordinis est accipienda ſm relationē ad eucharistiam: quia potestas ordinis aut est ad consecrationē eucharistie ipsius: aut ad aliqđ ministerium ordinandum ad hoc sacramentum euchaᵉ. Si pᵒ mō sic est ordo sacerdotū: ꝛ idō cū ordinātur accipiūt calicē cū vino ꝛ pāc: nā cū pane ptātem accipiūt cōsecrandi corpus et sanguinē xpi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacrm: vel in ordine ad suscipientes. Si primo modo sic tripliciter. pᵒ. n. ē ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramēto q̄ntū ad dispensationē: sed non q̄ntum ad consecrationem: quam solus sacerdos facit: et hoc pertinet ad diaconum. Unde in littera dr: ꝙ ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus que aguntur in sacramentis xpi. vnde et xpi sanguinem dispensat. 2ᵒ est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandam in sacris vasis ipsius sacramenti: ꝛ hᵒ pertinet ad subdiaconum. Unde dicitur in littera ꝙ corporis ꝛ sanguinis domini vasa portant: ꝛ oblationes in altari ponunt: ꝛ idō accipiūt calicē de manu epi: sꝫ vacuum cum ordinantur. tertio ministerium ordinaꝛ ad presentādū materiam sacramenti: ꝛ hoc competit acolito. Ipse eñ vt in littera dicitur: vrceolum cum vino ꝛ aqua preparat. Unde accipiunt vrceolum vacuum sed ministeriū ad preparationem recipientium ordinatum nō potest esse nisi super imundos: et qui mūdi sunt iam sūt ad sacramenta percipiēda idonei. Triplex autem est genus immundorum: ſm Dio. quidam enim sūt omnino infideles credere nolentes: ꝛ hi totaliter a visione diuinorum et a cetu fidelium arcendi sꝰ: et hoc pertinet ad hostiarios. Quidam autem sunt volētes credere: sed non instructi: scilicet cathecumini: et ad horum instructōnem ordinatur ordo lectorum: et ideo prima rudimenta doctrine fidei: scilicet vetꝰ te. ei legendum ꝓponitur vel committitur. Quidā vero sunt fideles et instructi: sed impedimentum habentes ex demonis potestate: scilicet energumini: et ad hoc ministerium est ordo exorcistaꝝ: ꝛ sic patet ratio et numerus ꝛ gradus ordinum.

Ad primum ergo dicendū ꝙ Dio. loquitur de ordinibus non ſꝫ ꝙ sunt sacramenta: sed ſm ꝙ ad hierarchicas actiones ordinantur: et ideo ſm actiones illas tres ordines distinguit: quorū primus habꝫ om/ Ad pᵐ

nes tres. s. eps. secundus habet duos. s. sacerdos: sed tertius habet vnam. s. diaconus. s. purgare q minister dicitur: et sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur sed ordines hnt q sint sacramenta ex relone ad maximu sacroru: et sz hoc dz numerus ordinum accipi.

Ad 2m ¶ Ad 2m dom: q in pmitiua ecca pp paucitatem ministrorum omnia inferiora misteria diaconibus pmittebant vt pz p Dio. 3. c. eccle. hier. vbi dt. Ministrorum alij stat ad portas templi clausas: alij alid ppriu ordinis operantur: alij aut sacerdotibus pponut sup altare sacrum panem et bndictionis calicem: nichilominus erant oes pdicte ptates: sed implicite in vna diaconi potestate: sed postea ampliatus est cultus diuinus: et ecclesia qd implicite habebat in vno ordine explicite tradidit in diuersis: et sm hoc dicit Magr in littera: q ecclesia alios

ad 3m. ordines sibi instituit. ¶ Ad 3m dicendum: q ordines ordinant principaliter ad sacra eucharistie: ad alia at p pns: qr etiaz alia sacra ab eo q in hoc sacro ptinentur deriuantur. Unde non oportz q distiguantur ordines sm sacra.

ad 4m ¶ Ad 4m dom: q angeli differunt spe: et pp hoc in eis potest ee modus diuersus recipiendi diuina: et io diuerse hierarc in eis distinguuntur: sed in ordinibus tantum est vna hierarchia pp vnu modu accipiendi diuina. que consequitur humana spem. s. per similitudinem reruz sensibilium: et ideo distinctio ordinu in angel no pot ee p comparatione ad aliquod sacrm: sicut e apud nos: sed solum per pparationem ad hierarchicas actiones: qs i inferiores exercet quilibet ordo in eis: et sm hoc nostri ordines eis rndet qr in nra hierarchia sunt tres ordines sm hierarchicas actoes distincti sicut in qualibz hierarchia angelorum.

Ad 5m ¶ Ad 5m ddz: q psalmistatus non est ordo: sed officiu ordini annexum: qr em psalmi cuz cantu pnunciantur: io dicit psalmista cantor. Cator at no est nom ordinis spalis: tuz quia non habz aliqd spale relatione ad euchari sacrm: tum quia officium quod est inter ordines largo mo acceptos pputatur quandoqz.

¶ Utrum ordines debeant distigui per sacros et non sacros.

Articulus. iij.

Ad tertium sic pceditur: vr q ordines non dbeat distinguit per sacros et non sacros. Omnes em ordines sacrameta queda sut: sed omnia sacramenta sunt sacra ... primus

2m. g omnes ordines sunt sacri. ¶ P. sm ordines ecce no deputatur aliquis nisi ad diuina officia: sed omnia talia sunt sacramenta: g omes ordines sunt sacra.

Sed cotra est q ordines sacri impediut matrimonium contrahendum et dirimunt iam contractu: sed quattuor inferiores ordines non impediut phendum: nec dirimunt: contractum. g non sunt sacri ordines. s oppm

Rndeo ddz: q homo sacer dr dupli. Uno sm se: et sic quilibet ordo est sacer: cuz sit sacrm quoddam. Aliomodo ratioe materie: circa qua habent aliquez actum: et sic ordo sacer dr q habet aliquem actum: circa rem aliquaz psecratam: et sic sunt tres ordies sacri. s. sacerdos: et diaconus qui hz actum circa corpus xpi vel sanguinem consecratum: e. subdiaconus qui habet actum circa vasa consecrata: et ideo eis continentia indicitur: vt mundi sint qui sancta tractant. Et p hoc pz solo ad obiecta Rno pncipalis vbi. s. q. iij.

¶ Utrum actus ordinum conuenienter assignentur.

Articulus. iiij.

^{m}. AD quartū sic pcedit: vr q actꝰ ordinū icōueniēt i lra assignent. Quia per absolutionem pparatur aliquis ad corpus xpi sumendū: sed preparatio suscipientium sacramentum pertinet ad inferiores ordines: ergo inconuenienter absolutio a peccatis inter actꝰ ponitur sacerdotis. ¶ P̄. homo p baptismum est immediate deo configuratus characterem configurantem suscipiens: sed orare et offerre oblationes sūt actꝰ immediate ad deū ordinati: ergo quilz baptizatus pt hos actus facere et nō sacerdotes. ¶ P̄. diuersorum ordinuz diuersi sunt actus: sed oblationes in altari ponere et ep̄lam legere ad subdiaconū ptinet. crucē et ferunt subdiaconi corā papa: ergo hi n̄ dēbēt poni actꝰ diaconi. ¶ P̄. eadē veritas ptinet in no. et in ve. te. legere vetꝰ te. ē lectorum. ergo et eadē rōne et legere nouū: et nō diaconorum. ¶ P̄. apostoli nichil aliud pdicauerunt q̄ euangelium xpi: vt patet Ro. j. sz doctrina ap̄lorum ɔmittitur subdiaconibus enuncianda: ergo et doctrina euangelij. ¶ P̄. sm Dio. q est supioris ordinis non debet inferiori ɔuenire: sed ministrare cuz vrceolo est actus subdiaconorum. ergo non debet acolitis attribui. ¶ P̄. actus spūales debēt corporalibus preeminere: sed acolitus non habet nisi actum corporalem: ergo exorcista non habz actum spūalem pellendi demōes cū sit interior. ¶ P̄ q̄ magis conueniunt: iuxta se ponenda sunt: sed legere ve. te. maxime debz conuenire cū lectore no. te. quod competit superioribus ministris. ergo legere ve. te. nō dz poni actus lectoris: sed magis acoliti: et precipue cum lumē corpale q̄ acoliti deferunt: significet lumen spūalis doctrine. ¶ P̄. in q̄lz actu ordinis spiritualis debet eē aliqua vis spiritualis quaz habēt ordinati pre alijs: sed in apertiōe et clausione ostiorum nō habent aliam potestatem ostiarij q̄ alij homines: ergo non debet poni actus ipsorum.

2^{m}.

3^{m}.

4^{m}.

5^{m}.

6^{m}.

7^{m}.

8^{m}.

9^{m}.

Respondeo dicendum: q cū ɔsecratio q̄ fit i ordinis sacro ordinet ad sacrm eucharistie: vt dictū est: ille est principalis actus vniuscuiusq ordinis: sz quem magis pxime ordinatur di eucharistie sacrm: et sz hoc etiam vnus ordo est alio eminētior: sm q vnꝰ actus magis de pximo ad predcz sacramentuz ordinat: sed quia ad eucharistie sacramentum quasi ad gnissimum multa ordinantur: iō non est inconueniēs: vt preter pncipalem actum etiam multos actꝰ vnus ordo habeat: et tanto plures q̄nto est eminentior: quia virtus q̄nto est superior tanto ad plura se extendit. Rño: pncipa. ar. 2. q. 1. vbi. s.

Ad primum ergo dicendum: q duplex est ppāratio suscipientium sacrm: q̄dā remota: et h per ministros efficitur: quedam pxima: qua statim efficiuntur idonei ad sacramentorū dispensationem. et hec pertinet ad sacerdotes Quia etiam in naturalibꝰ ab eodē agēte fit mā i vltia dispōne ad formā: et recipit formā: et qz i pxima dispōne ad eucharistiam fit aliquis per hoc q a pcis purgatur: ideo oīm sacrorum que sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum: ē minister pprius. s. sacerdos. s. baptismi: penitentie et extreme vnctionis. ¶ Ad 2^{m} dicendum: q actꝰ aliqui immediate ad deuz ordinā tur dupliciter. Unomodo ex parte vnius persone tantum: sicut facere orōnes singulares et vouere et hmōi: et talis actus competit cuilibet baptizato. Alio mō ex pte totius ecclesie: et sic solus sacerdos habet actus immediate ad deū ordinatos: quia ipse solus pōt gere Ad pm. Ad 2m.

re personā totius ecclesie: q̄ cōsecrat eucharistiā: que est sacrm vniuersalis ecc^e. ad 3m. ¶ Ad 3m dōm: q̄ oblationes a populo oblate p sacerdotē offerunt: et ideo duplex ministerium circa oblationes est necessariū. Vnū ex parte ppli: ꝛ hoc est subdiaconi qui accipit oblationes a populo ꝛ altari īponit: vel offert diacono. Aliud ex parte sacerdotis. et hoc diaconi est q̄ oblationes ministrat ipsi sacerdoti: ꝛ ī hoc est actus principalis vtriusq̄ ordinis: ꝛ ꝑpter hoc ordo diacōi est superior. Legere autem eplam non est actus diaconi nisi s̄m q̄ actus inferiorum ordinū superioribus attribuuntur. Similiter etiā crucem ferre: ꝛ hoc s̄m consuetudinem aliquarum ecclesiaꝝ: quia in actibus secundarijs non est inconueniens diuersas ꝯsuetudies esse. ad 4m ¶ Ad 4m dōz: q̄ doctria est rēota ꝑpatio ad sacrm suscipiendū: ꝛ ideo ꝓnūciatio doctrine ministris committitur. Sed doctria ve. te. adhuc est magis remota q̄ doctrina noui: quia non instruit d̄ hoc sacramento nisi ī figuris: ꝛ iō no. te. superiorib⁹ ministris ꝓnūciandū ꝯmittitur. Vetus autem īferioribus: ꝛ doctina no. te. perfectior est: quā dn̄s per seipsum tradidit: q̄ ipsius manifestatio p apostolos: ꝛ iō euangeliū diaconis epistola subdiaconis committūtur. Ad 5m ¶ Et s̄m hoc pz solutio ad q̄ntū. ad 6m ¶ Ad 6m dōm: q̄ acoliti habent actum super vrceolum tantum: nō super ea q̄ in vrceolo continentur sed subdiaconus habet actum sup contentis in vrceolo: quia vtitur aqua et vino ad ponendum in calice: ꝛ aquam iterum manibus sacerdotis prebet: ꝛ diaconus sicut ꝛ sbdiacon⁹ solū actū hz sr calicē: s̄ sr ꝯtēta: sz sacdos sr ꝯtenta: ꝛ iō sicut subdiaconus in sui ordinatōne accipit calicē vacuum sacerdos plenum. ita acolitus vrceolus vacuum: sed diaconus plenum: et sic est quedam connexio in ordinib⁹. ¶ Ad septimū dicendum: q̄ corporales actus acoliti magis de ꝓximo ordinant ad actum sacrorū ordinum q̄ ad actus exorcistarū: q̄uis sit aliquo modo spiritualis quia acoliti habent ministeriū super vasa in quibus materia sacramenti continetur q̄tum ad vinuz quod vase continente indiget ꝓpter sui humiditatez: ꝛ ideo inter omnes minores ordo acolitorum superior est. ad 7m. ¶ Ad 8m dōm: q̄ actus acolitorum se habet propinquius ad actus principales superiorum ministroꝝ q̄ actus aliorū minorum ordinum: vt per se patet et similiter etiaz q̄tuz ad actus secundarios: quibus populum p doctrinam disponunt: qꝛ acolit⁹ doctrinā no. te. visibiliter figurat lumen portans: sed lector recitando figuras alias: ideo acolitus est superior. Similit̄ ꝛ exorcista: quia sicut se habet actus lectorum ad actum secundarium diaconi et subdiaconi: ita se habet actus exorciste ad secundarium actuz sacerdotis: scilicet ligare et absoluere per quem corporaliter homo a seruitute diaboli liberatur: et in hoc ptz ordinatissimus ordinis ꝓgressus: quia sacerdoti q̄tum ad actum ei⁹ principalem. s. consecrare corpus xp̄i cooperantur tantum tres supiores ordines: sed q̄tum ad actum eius scd̄arium q̄ est absoluere ꝛ ligare cooperantur inferiores supiores. ad 8m. ¶ Ad 9m dōm: quod q̄dam dn̄t q̄ in susceptione ordinis ostiario datur quedam vis diuina vt arcere possit aliquos ab introitu tēpli: sicut in xp̄o fuit quando eiecit vendentes de tēplo: sed h° magis pertinet ad gratiaz gratis datam q̄ ad gratiam sacri. ad 9m. ¶ Et iō dicēdū: q̄ suscipit potestatē: vt ex officio agere possit: q̄uis etiam ꝛ hoc ab alijs fieri possit: sed non

ex officio: et ita est in omnibus actibus minorum ordinum que possunt per alios fieri: quamuis illi ad hoc non habeant aliquod officium sicut etiam in domo non consecrata potest dici missa: quamuis consecratio ecclesie ad hoc ordinetur vt in ea missa dicatur.

¶ Utrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione. Articulus .v.

3m. Ad quintum sic proceditur: videtur quod sacerdoti character non imprimatur in ipsa calicis porrectione: quia consecratio sacerdotis fit cum quadam vnctione: sicut et confirmatio: sed in confirmatione in ipsa vnctione imprimitur character. ergo in sacerdotio et non in calicis porrectione.

2m. ¶ Preterea dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quando dixit. Accipite .s.s. quorum remiseritis peccata etc. Jo. 20. sed spiritus datur per manus impositionem: ergo in ipsa manus impositione imprimitur character ordinis.

3m. ¶ Preterea sicut consecrantur ministri: ita et vestes ministrorum: sed vestes sola benedictio consecrat: ergo in ipsa benedictione episcopi consecratio sacerdotis efficitur.

4m. ¶ Preterea sicut sacerdoti datur calix: ita et vestis sacerdotalis: ergo si in datione calicis imprimitur character: eadem ratione et in datione casule: et sic haberet duos characteres: quod falsum est.

5m. ¶ Preterea ordo diaconi conformior est ordini sacerdotis quam ordo subdiaconi: sed si character imprimeretur sacerdoti ex ipsa calicis porrectione: subdiaconus conformior esset sacerdoti quam diaconus: quia subdiaconus characterem recipit in ipsa calicis porrectione: non autem diaconus: ergo character sacerdotalis non imprimitur in ipsa calicis porrectione.

6m. ¶ Preterea acolitorum ordo magis appropinquat ad actum sacerdotis per hoc quod habet actum super vrceolum: quam per hoc quod habet actum super candelabrum: sed magis imprimitur character in acolitatu quando accipiunt candelabrum quam quando accipiunt vrceolum: quia nomen acoliti cerei portationem significat: ergo in sacerdotio non imprimitur character quando calicem accipit.

Sed contra principalis actus ordinis sacerdotis est consecrare corpus christi: sed ad hoc datur sibi potestas in acceptione calicis: ergo tunc imprimitur character. i opp^m

Respondeo dicendum: quod sicut dictum est eiusdem est formam aliquam inducere et materiam de proximo preparare ad formam. Unde episcopus in collatione ordinum duo facit preparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem: et ordinis potestatem tradit. preparat quidem et instruendo eos de proprio officio et aliquid circa eos operando: vt idonei sint potestatem accipiendi: que quidem operatio in tribus consistit: benedictione: manus impositione: et vnctione. Per benedictionem diuinis obsequiis mancipantur: et ideo benedictio datur. Sed per manus impositionem datur plenitudo gratie: per quam ad magna officia sunt idonei: et ideo solis diaconibus et sacerdotibus fit manus impositio: quia in eis competit dispensatio sacramentorum: quamuis vni sicut principali: alteri sicut ministro. Sed in vnctione ad aliquod sacramentum tradendum consecrantur: et ideo solis sacerdotibus fit: qui propriis manibus corpus christi tangunt: sicut etiam calix inungitur qui tenet sanguinem: et patena que continet corpus: sed potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet: et quia principalis actus sacerdotis est conse- Rn^o principalis ar. 3. vbi .S.

crare corpus et sanguinem xpi: ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character sacerdotalis imprimitur.

Ad primum Ad primum ergo dicendum: quod in confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem: et ideo character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei: sed in sola manus impositione et unctione: sed in ordine sacerdotali aliter est: et

Ad 2m ideo non est simile. ¶ Ad 2m dicendum quod dominus discipulis dedit potestatem sacerdotalem: quantum ad principalem actum ante passionem in cena: quando dixit: accipite et manducate. Unde subiunxit: hoc facite in meam commemorationem. Et post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem: quantum ad actum secundarium qui est ligare et

ad 3m. solvere. ¶ Ad 3m dicendum: quod vestibus non requiritur alia consecratio nisi quod divino cultui mancipentur et ideo sufficit eis pro consecratione benedictio: sed aliter est de ordinandis:

ad 4m ut ex dictis patet. ¶ Ad 4m dicendum: quod vestis sacerdotalis non significat potestatem sacerdoti datam: sed ad idoneitatem que in eo requiritur ad actum potestatis exequendum: et ideo nec sacerdoti nec

Ad 5m alicui alii imprimitur character in alicuius vestis donatione. ¶ Ad 5m dicendum: quod potestas diaconi est media inter potestatem subdiaconi et sacerdotis: sacerdos enim habet potestatem super corpus xpi: subdiaconus autem super vasa tantum. diaconus super corpus in vase contentum: unde eius non est tangere corpus xpi: sed portare corpus in patena et dispensare sanguinem cum calice: et ideo eis potestas ad actum principalem non potuit exprimi: nec per dationem vasis tantum: nec per dationem materie: sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium tantum in hoc quod datur ei liber evangeliorum: et in hac potestate intelligitur alia: et ideo in ipsa libri datione imprimitur character. ¶ Ad

6m dicendum: quod principalior actus acoliti est quo ministrat in urceolo: quam quo ministrat in candelabro quamvis denominetur ab actu secundario: propter hoc quod est magis notus et magis proprius ei: et ideo in datione urceoli imprimitur acolito character virtute verborum ab episcopo prolatorum. ad 6m

¶ De conferentibus hoc sacramentum. Questio. xxxviii.



Einde considerandum est de conferentibus hoc sacramentum. Circa quod queruntur duo. Primo utrum solus episcopus possit hoc sacramentum conferre. Secundo utrum hereticus vel quicunque ab ecclesia precisus possit hoc sacramentum conferre.

¶ Utrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat. Ar. i.



D primum sic proceditur. videtur quod non tantum episcopus ordinis sacramentum conferat: primum quia manuum impositio ad consecrationem aliquid facit: sed sacerdotibus qui ordinantur non solum episcopus manus: sed etiam sacerdotes astantes imponit: ergo non solum episcopus confert ordinis sacramentum. ¶ Preterea. tunc unicuique datur potestas ordinis quando ei exhibetur quod ad actum sui ordinis pertinet: sed subdiacono datur urceolus cum aqua et manutergio ab archidiacono: similiter acolito candelabrum cum cereo et urceolus vacuus: ergo non solum episcopus confert ordinis sacramentum. ¶ Preterea. illa que ordinis sunt non possunt alicui committi qui non habet ordinem sed conferre ordines minores committitur 2m. 3m.

aliquib⁹ qui non sunt epi: sicut pr̃sbyteris cardinalib⁹: ergo conferre ordi
4m nes non est ep̃alis ordinis. ¶ P̃. cuicunque committitur principale et accessorium: sed ordinis sacr̃m ordinatur ad eucharistiam sicut accessorium ad principale: cũ ergo sacerdos consecret eucharistiam ipse et
5m. poterit ordines conferre ¶ P̃. pl⁹ distat sacerdos a diacono: quam eps ab episcopo: sed episcopus potest consecrare episcopũ: ergo et sacerdos potest promouere diaconum.

1 oppm primus **Sed contra** nobiliori modo applicantur ad diuinum cultum ministri per ordines quam per vasa sacra: sed consecratio vasorum pertinet ad solum ep̃um. ergo multofortius consecratio ministrorum. ¶ P̃. sacr̃m ordinis est
2m. excellentius quam confirmationis: sed solus episcopus confirmat. ergo multomagis confert ordinis sacr̃m.
3m. ¶ P̃. virgines per benedictiones non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis sicut ordinati constituuntur: sed virgines benedicere est solius epi: ergo multomagis solus ipse potest aliquos ordinare.

Rñ° pn cipalis 4 d. 25 q. j. ã. j. **Respondeo** dicendum. quod potestas episcopalis hz se ad potestatem ordinũ inferiorum sicut politica que conie/ctat bonũ cõe ad iferiores: artes et virtutes que conectãt aliquod bonũ sp̃ale vt ex dictis patet ipo litica autem ponit vt dr in. j. Eth. legem inferioribus sm quod quis quando debet exercere: et quantum et equaliter: et ideo ad ep̃m pertinet i omnibus diuinis mysterijs aliquos collocare: vnde ipse solus confirmat: quia confirmati in quodam officio confitẽdi fidem constituuntur: et ideo ipse et solus virgines benedicit que figuram gerunt ecclesie xp̃o desponsate: cui⁹ cura ipsi principalr cõmittitur ipse etiam in ministris ordinũ ordinandos consecrat et vasa quib⁹ debent vti eis determinat consecratione: sicut et officia secularia in ciuitatibus distribuunt ab eo qui hz excellentiorẽ ptãtem sicut a rege.

Ad primum ergo dicendũ quod in impõne manu non datur character sacerdotalis ordinis: vt ex dictis patz Ad pm sed gratia sm quam ad exequen/dum ordinem sint idonei: et quia indigent amplissima gratia: ideo sacerdotes manus cũ ep̃o imponũt eis qui i sacerdotes promouent: sed dyaconis solus episcop⁹. ¶ Ad 2m ad 2m. dicendum: quod quia archidiaconus est quasi princeps ministri: ideo omnia que ad ministerium pertinent ipse tradit: sicut cereum quo acolitus diaconi seruit ante euangelium ipsum portando: et vrceum quo seruit subdiacono ea quibus superiorib⁹ ordinibus seruit: sed tamen in illis non cõsistit principalis actus subdiaconi: sed in hoc quod cooperatur circa materiam sacramenti: et ideo characterem accipit in eo quod datur ei calix ab ep̃o: sed acolitus accipit characterẽ ex verbis ep̃i in hoc quod accipit predicta ab archidiacono et non magis in acceptatione vrcei quam candelabri. vnde non sequitur quod archidiaconus ordinem conferat. ¶ Ad 3m dicendum: quod papa Ad 3m qui habet plenitudinem potestatis pontificalis potest committere non ep̃o ea que ad ep̃alem dignitatem pertinent: dummõ illa non hẽant immediatã r̃õnẽ ad verum corp⁹: et ideo ex ei⁹ cõmissiõe aliquis sacerdos simplex pt̃ conferre minores ordines et confirmare: non autem aliquis nõ sacerdos: nec iterum sa/cerdos maiores ordines: qui hñt immediatam r̃onem ad corp⁹ xp̃i supra quod consecrandum papa non habet maiorem potestatem quam simplex sacerdos. ¶ Ad 4m dicendum quod quamuis sacramentum eucha ad 4m. ristie sit maximum sacramentum in se: tamen non collocat i aliquo

officio sicut ordinis sacramentum: et ideo non est similis ratio.

Ad 5m. ¶ Ad 5m dicendum quod ad communicandum alteri quod quis habet non exigitur solum propinquitas: sed completio potestatis: et quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officiis sicut episcopus: ideo non sequitur quod possit diaconos facere: quamuis ille ordo sit sibi propinquus.

¶ Utrum heretici ab ecclesia precisi possint ordines conferre.

Articulus .ij.

pm. Ad secundum sic proceditur. Videtur quod heretici et ab ecclesia precisi non possint ordines conferre. Maius est enim conferre ordines quam aliquem absoluere vel ligare: sed hereticus non potest absoluere aut ligare: ergo nec ordines conferre.

2m. ¶ Preterea. sacerdos ab ecclesia separatus conficere potest: quia in eo character indelebiliter manet: per quem hoc potest: sed episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione: ergo non est necesse quod episcopalis potestas remaneat in eo post separationem eius ab ecclesia.

3m. ¶ Preterea. in nulla communitate ille qui a ciuitate expellitur potest officia communitatis disponere: sed ordines quedam sunt officia ecclesie: ergo ille qui extra ecclesiam ponitur non potest ordines conferre.

4m ¶ Preterea. sacra habent efficaciam ex passione christi: sed hereticus non continuatur passioni christi: neque per propriam fidem cum sit infidelis: neque per fidem ecclesie: cum sit ab ecclesia separatus: ergo non potest sacramentum ordinis conferre.

5m. ¶ Preterea. in ordinis collatione exigitur benedictio sed hereticus non potest benedicere: quinimmo benedictio sua in maledictionem conuertitur vt patet per auctoritatem in littera: ergo non potest ordines conferre.

i oppm primum Sed contra est: quod aliquis episcopus in heresim lapsus quando reconciliatur iterum non reconsecratur: ergo non amisit potestatem quam habebat ordines conferendi.

2m. ¶ Preterea. maior est potestas conferendi ordines quam potestas ordinum: sed potestas ordinum non amittitur propter heresim vel aliquod huiusmodi: ergo nec potestas conferendi ordines.

3m. ¶ Preterea. sicut baptizans exhibet tantum ministerium exterius. ita et conferens ordines deo interius operante: sed nulla ratione aliquis ab ecclesia precisus amittit baptizandi potestatem: ergo nec ordines conferendi.

Respondeo circa hoc ponuntur in littera .iiij. opiniones principales. Quidam enim dixerunt quod heretici quamdiu ab ecclesia tolerantur: habent potestatem ordines conferendi: non autem postquam fuerunt precisi similiter nec degradati et alij huiusmodi: et hec est prima opinio Sed hoc non potest esse quia omnis potestas que datur cum aliqua consecratione: nullo casu contingente tolli potest: sicut nec ipsa consecratio annullari: quia etiam altare vel chrisma semel consecrata perpetuo consecrata manent. Unde cum episcopalis potestas cum quadam consecratione detur: oportet quod perpetuo maneat quantumcumque aliquis peccet vel ab ecclesia prescindatur: et ideo alij dixerunt quod precisi ab ecclesia qui in ecclesia episcopalem potestatem habuerunt retinent potestatem aliquos ordinandi et promouendi: sed promoti ab eis hoc non habent: et hec est quarta opinio Sed hoc non procedit: quia illi qui fuerunt in ecclesia fuerunt promoti retinent potestatem quam acceperunt: quod patet exequendo suam potestatem: veram consecrationem faciunt: et ideo vere tribuunt omnem potestatem que cum consecratione datur: et sic ordinati ab eis vel promoti habent eandem potestatem quam et ipsi. et ideo alij dixerunt quod etiam precisi ab ecclesia possunt ordines conferre et alia sacramenta dummodo formam debitam et intentionem seruent: et quantum ad primum effectum

Bono. ar. 2. vbi. s.

qui est collatio sacramenti: et quantum ad vltimum qui est collatio gratie: et hec est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare: quia ex hoc ipso quod aliquis heretico preciso ab ecclesia in sacramentis communicat peccat: et ita fictus accedit et gratiam consequi non potest nisi forte in baptismo in articulo necessitatis. Et ideo alij dicunt quod vera sacramenta conferunt: sed cum eis gratiam non dant: non propter inefficaciam sacramentorum sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem ecclesie: et hec est tertia opinio que vera est.

Ad pm. Ad primum ergo dicendum: quod effectus absolutionis non est aliud quam remissio peccatorum que per gratiam fit: et ideo hereticus non potest absoluere sicut nec gratiam in sacramentis conferre: et iterum ad absolutionem requiritur iurisdictio: quam non habet ab ecclesia precisus.

Ad 2m. ¶ Ad 2m dicendum: quod in promotione ipsius episcopi datur sibi potestas que perpetuo manet in eo: quamuis dici non possit character: quia per eam non ordinatur homo directe ad deum: sed ad corpus christi misticum: et tamen indelebiliter manet sicut character: et per consecrationem datur.

Ad 3m. ¶ Ad 3m dicendum: quod illi qui promouentur ab hereticis quamuis accipiant ordinem: non tamen recipiunt executionem vt licite possint in suis ordinibus ministrare: ratione illa quam obiectio tangit.

ad 4m. ¶ Ad 4m dicendum: quod per fidem ecclesie continuatur passioni christi: quia quamuis in ea non sint secundum se: sunt tamen in ea secundum formam ecclesie quam seruant.

Ad 5m. ¶ Ad 5m dicendum: quod hoc est referendum ad vltimum effectum sacramentorum: vt tertia opinio dicit.

¶ De impedimentis huius sacramenti. Questio xxxix.



Deinde considerandum est de impedimentis huius sacramenti. Circa quod queruntur sex. Primo vtrum sexus femineus impediat huius sacramenti susceptionem. 2o vtrum carentia vsus rationis. 3o vtrum seruitus. 4o vtrum homicidium. 5o vtrum illegitima natiuitas. 6o vtrum defectus membrorum.

¶ Utrum sexus femineus ordinis susceptionem impediat. Ar. 1.



Ad primum sic proceditur: vt quod sexus femineus non impediat ordinis susceptionem: quia officium prophetie est maius quam officium sacerdotis: quia propheta est medius inter deum et sacerdotes: sicut sacerdos est inter deum et populum: sed prophetie officium aliquando mulieribus est concessum: vt patet in scriptura: ergo et sacerdotij officium eis competere potest. pm.

¶ Preterea sicut ordo ad quandam eminentiam pertinet: ita et prelationis officium et martyrium et religionis status: sed prelatio committitur mulieribus de nouo testamento: vt patet de abbatissis: et in veteri: vt patet de Delbora que iudicauit israel. Judi. 4. Competit etiam eis martyrium et religionis status: ergo et ordo ecclesie. 2m.

¶ Preterea ordinum potestas in anima fundatur: sed sexus non est anime: ergo diuersitas sexus non facit distinctionem in receptione ordinum. 3m.

Sed contra est quod dicitur. 1. Thi. 2. Mulieres in ecclesia docere non permitto: nec dominari in virum. In oppm pm.

¶ Preterea in ordinandis preexigitur corona quamuis non de necessitate sacramenti: sed corona et tonsura non competunt mulieribus vt patet. 1. cor. 11. ergo nec ordinum susceptio. 2m.

Rñ°. princi. vbi. s. q.2.ã.1. q.1. Rñdeo dicendum: q quedaz requirũtur in recipiente sacramentum quasi de necessitate sacrí: q si desunt nõ põt aliqs suscipere neq sacramentũ neq rẽ sacramenti: qdam: vero requiruntur nõ de necessitate sacramẽti: sz de necessitate pcepti pp congruitatẽ ad sacrz 7 sine talibus: aliqs suscipit sacrm: non rẽ sacramenti. Dõm ẽ q sexus virilis requiritur ad susceptionẽ ordinum: nõ soluz scdo modo: sed etiam p°: vnde 7 si mulieri exhibeant oĩa que in ordinibus fiunt ordinez non suscipit: qz cum sacrm sit signuz in his q in sacramento aguntur: requirit nõ soluz res: sed signũ rei: sic dcm est qz in extrema vnctiõe exigit q sit infirmus vt significetur curatiõe indigens: cum igitur in sexu femineo non possit significari aliq eminentia gradus: quia mulier statũ subiectionis habet: ideo nõ potest ordinis sacramẽtũ suscipere. Quidam autem dixerunt q sexus virilis est de necessitate precepti: sed non de necessitate sacramẽti: qz ẽt in decretis fit mẽtio d diaconissa 7 psbra: sed diaconissa dicitur que in aliquo actu diacõi participat: sicut que legit homelis in ecclesia psbra autem dicitur vidua: qz presbyter idem est q senior.

Ad pm Ad primũ ẽ dicendũ: q prophetia non ẽ sacramẽtũ: sed dei donuz: vñ ibi nõ exigitur significatio: sed solũ res et qz sm rez in his que sunt anime mulier non differt a viro: cũ quandoq mulier inueniatur melior qntum ad animaz viris multis: ideo donum prophetie 7 alia hmõi potest recipere: sed non ordinis sacramentum. ¶ Et per hoc pz solu-
Ad 2m
Ad 3m tio ad 2m 7 3m. De abbatissis tamen dicitur q non hñt plationem ordinariam: sed quasi ex commissione pp periculum cohabitatiõis virorum ad mulieres. Delbora autem in temporalibus prefuit non in sacerdotib⁹: sicut 7 nũc pñt mulieres temporaliter dominari.

¶ Utrum pueri carentes vsu rõnis ordines possint suscipe. ã.ij.



Ad secundum pm sic pcedit: vr q pueri 7 qui carent vsu rõnis ñ possint ordines suscipere: qz vt in littera dicitur sacri canones in suscipiẽtib⁹ ordines certum 7 determinatũ tps statuerũt etatis: sed hoc non esset si pueri recipere possent ordinis sacramẽtũ ergo 7c. ¶ p. ordinis sacramẽtũ 2m est dignius q matrimonium: sed pueri et alij carentes vsu rationis non possunt contrahere matrimonium: ergo nec ordines suscipere. ¶ p. cuius est potentia eius ẽ actus: sm phm in li. de somno 7 vigi. 3m. sed actus ordinis requirit vsũ rõnis: ẽ 7 ordinum potestas.


Sz ctra ille q est ante ãnos discretionis pmotus ad ordines sine iteratione ipsorum quandoq in eis concedit ministrare: vt pz extra de cle. per saltũ promo. hoc autem non esset si ordinen non suscepisset: ẽ puer põt ordies suscipere. ¶ p. alia sacramẽta in quibus character imprimit possunt pueri suscipe vt bapm 7 ofirmationẽ: ẽ pari rõne 7 ordines. I oppm pm. 2m.

Rñdeo dõm: q per pueritiã 7 alios defectus qb⁹ tollitur vsus rationis prestatur ipedimentum actui: 7 ideo omnia illa sacra que actũ reqrunt suscipientis sacrm talib⁹ nõ cõpetunt: sicut pnia matrimoniũ 7 hmõi: sed qz potestates infuse sunt priores actibus sicut 7 naturales qñuis acquisite sũt posteriores. remoto autem posteriori non tollitur prius: et ideo omnia sacramenta in quibus non requiritur actus suscipiẽtis de necessitate sacramenti: sz potestas aliqua spiritualis diuinit⁹ Rñ°. pncip. vbi. s. q.4.

data possũt pueri suscipere: et alij qui vsu rõnis carent. Hac tamen distinctione hita q in maioribus ordinibus requiritur discretiõis tempus de honestate pp dignitatem pcepti: non propter necessitatem sacramẽti. Vñ aliqui si necessitas assit et spes profectus: ad mĩores ordies pñt añ annos discretionis pmoueri sine peccato et suscipiunt ordinem: qz q̃uis tunc non sint idonei ad officia q̃ eis committuntur: tñ per assuefactionem idonei reddenẽ: sed ad maiores ordines requiritur vsus rationis et de honestate et necessitate precepti ppter votum continentie quod hñt annexum: et quia etiã eis sacra tractanda committuntur: sed ad epatum vbi etiam corpus mysticum accipitur aliquis requiritur act9 suscipientis curam animarum pastoralẽ: et iõ est etiã de necessitate ɔsecratiõis epalis q vsũ rõnis habeat. Quidã aũt dñt q ad oẽs ordines requiritur vsus rõnis de necessitate sacrĩ: sed eoꝝ dcĩn rõne vl auctoritate non confirmatur.

Ad pm **Ad primum** g dõm. q nõ oẽ qd est de necessitate precepti est de necessitate sacrĩ: vt dictuz est. ¶ Ad 2m dicendum: q matrimoniũ causat cõsensus: q̃ sine vsu rõnis eẽ ñ potest sed in receptiõe ordinis nõ requiritur aliquis act9 ex parte recipientis: quod pz ex hoc q nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum ɔsecratione: et iõ non est simile. ¶ Ad 3m dõm: q eiusdez est actus et potentia: sed tamẽ aliquã do potentia precedit: sicut liberũ arbitriũ vsũ suũ: et sic ẽ in pposito.

¶ Vtrꝫ seruitus impediat aliquẽ a susceptione ordinis. Ar. iij.

pm **D tertium** sic pcedik. Vr q buit9 ñ ĩpediat aliquẽ a suscepcione ordinũ. Subiectio.n. corporalis nõ repugnat prelatiõi spũali: sed in seruo ẽ subiectio corporalis: g ñ impedik qn debeat suscipere prelationez spũalem q̃ in ordine dak. ¶ P̃. illud qd est occasio humilitatis: nõ dz ĩpedire susceptionẽ alicui9 sacrĩ: sed seruitus est huiusmõi. Unde apls ɔsuluit q si aliqs possit magis vtatur seruitute. 1. Corin. 7. g non dz impedire a pmotiõe ordis. 2m ¶ P̃. magis est turpe clicum in seruum vendi q̃ seruum in clericũ promoueri: sed licite clericus in seruũ vẽdi potest: qz episcop9 Nolanus. s. Paulinus seipsum in seruum vendidit: vt ĩ Dialogo legitur. g multo fortius potest seruus in clericũ promoueri. 3m.

Sz ɔtra vr q ĩpediat: q̃tuz ad necessitatẽ sacrĩ. Qz mulier nõ põt suscipere sacrĩ rõne subiectionis: sz maior subiectio est in seruo: qz mulier nõ datur viro in ancillam: propter qd ñ est de pedibus sũpta: g et seru9 sacramentum non suscipit. l opp m pm ¶ P̃. alis qs ex quo suscipit ordinẽ tenetur in ordine ministrare: sed nõ põt simul ministrare dño suo carnali et spirituali ministerio: ergo videk q non possit ordinẽ suscipe: qz dominus dz ɔseruari idẽnis. 2m.

Rñdeo dõm: q in susceptiõe ordinis mancipãtur omnia diuinis officijs: et qz nullus potest dare quod suũ nõ eit: iõ seruus qui non hz ptãtem sui nõ põt ad ordines promoueri: si tñ pmouetur ordinẽ suscipit. Qz libertas nõ est de sacrĩ necessitate: lz sit de necessitate pcepti: cum non impediat ptãtem: sed actum tantum: et similis rõ est ɔ oĩbus qui sũt alijs obligati ãt ratiocinijs detenti: et huiusmodi persone. Rño pncipa. ar. 2. q. 1 vbi. s.

Ad primũ g dicẽdum: q in susceptiõe spũalis potestatis est aliquis obligatus ad aliqua etiam corporaliter

Ad 2m agenda: et ideo per corporalem subiectionem impeditur. ¶ Ad 2m dicendum: quod ex multis alijs que si prestant impedimentum executioni ordinum potest aliquis occasionem humilitatis accipere: et ideo ratio non sequitur.
Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: quod beatus Paulinus ex abundantia charitatis spiritu dei duct⁹ hoc fecit quod rei euentus probat: quia per eius seruitutem multi de grege sua sunt de seruitute liberati: et ideo non est ad continentiam trahendũ: quia vbi spiritus domini ibi libertas. i. Corin. 3.
ad 4m ¶ Ad 4m dicendum: quod signa sacramentalia ex naturali similitudine representãt: mulier autem habet subiectionem a natura: sed non seru⁹: et ideo non est simile.
Ad 5m ¶ Ad 5m dicendum: quod si est promotus sciente domino et non reclamante: ex hoc ipso efficitur ingenuus: si autem eo nesciente episcop⁹ et ille qui presentat: tenentur domino in duplum quam sit precium serui si scierunt ipsum esse seruum: alias si seruus habeat periculũ debet se ipsum redimere: alioquin reduceretur in seruitutem domini sui nõ obstante quod ordinẽ exequi nõ põt.

¶ Utrum propter homicidiũ aliquis debeat ab ordinibus prohiberi. Articu. iiij.



pm. AD quartũ sic procedit: vr quod propter homicidium aliqs non debeat prohiberi a sacris ordinibus. Quia ordines nostri sũpserunt initium a leuitarum officio: sed leuite consecrauerũt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum: vt patet Exo. 3. ergo et in no. te. non debẽt aliqui ab assumptione ordinũ prohiberi propter sanguinis effusionem.
2m. ¶ Praeterea. propter actũ virtutis null⁹ debet impediri ab aliquo sacramento: sed aliquando sãguis effunditur per iusticiam sicut a iudice: et peccaret habẽs officiũ si non effunderet: ergo non impeditur propter hoc a sacramenti susceptione.
3m ¶ Praeterea. pena non debetur nisi culpe: sed aliquis sine culpa quandoque homicidium committit: sicut se defendendo vel etiam casualiter ergo non debet incurrere irregularitatis penam.

Sed contra hoc sunt plura canonum statuta et ecclesie consuetudo. I opp

Respondeo dicendum: quod omnes ordines referũtur ad euchariste sacramentum: quod est sacramentum pacis nobis facte per effusionem sanguinis christi: et quia homicidium maxime cõtrariatur paci: et homicida magis conformatur occidentibus quam ipsi christo occiso: cui omnes predicti ministri debent conformari: ideo de necessitate precepti est quod non sit homicida qui ad ordines promouetur: quamuis non sit de necessitate sacramenti. Rño pncip. q. 2. vbi. s.

Ad primum ergo dicendum: quod vetus lex infercbat penã sanguinis: non autẽ noua lex: et ideo nõ est simile de ministris veteris et noue legis: que est iugum suaue et onus leue. Ad pm
Ad 2m ¶ Ad 2m dicendum: quod irregularitas nõ incurritur propter peccatum tantum: sed principaliter propter ineptitudinem persone ad sacramẽtũ eucharistie ministrandum: et ideo iudex etiã omnes qui in causa sanguinis ei participant sunt irregulares: propter hoc quod effusio sãguinis nõ decet ministros dicti sacri.
Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: quod nullus facit nisi illud cuius est causa quod est voluntarium in homine: et ideo ille qui ignorans hominem occidit homicidio casuali nõ dicitur homicida nec irregularitatem incurrit: nisi operam dederit illicite rei: vel nisi obmiserit debitã diligẽtiã: quia tunc quodam efficitur voluntarium: nec hoc est propter hoc quod culpa careat: quia etiam sine culpa incurritur irre-

gularitas: et ideo etiam ille qui se defendendo in aliquo casu non peccat homicidium committendo: nichilominus irregularis est.

¶ Utrum illegitime nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri. Articulus. v.

primum Ad quintum sic proceditur: videtur quod illegitime nati non debeant impediri a susceptione ordinum: quia filius non debet portare iniquitatem patris: portaret autem si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis et cetera.

2m. ¶ Preterea magis impeditur aliquis propter defectum proprium quam alienum: sed a susceptione ordinum propter illicitum concubitum suum non semper aliquis impeditur: ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

I oppm Sed contra est quod dicitur Deu. 23. Non ingredietur manser: hoc est de scorto natus ecclesiam dei usque in quartam generationem: ergo multo minus debet promoueri ad ordines.

Rnº principalis ubi. s. q iij. Respondeo dicendum: quod ordinati (nescio) dignitate pre aliis constituuntur: ideo ex quadam honestate requiritur in eis claritas quedam non de necessitate sacramenti sed de necessitate precepti: ut scilicet sint bone fame: bonis moribus ornati: non publice penitentes: et quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine: ideo etiam ex illegitimo thoro nati a susceptione ordinum repelluntur: nisi cum eis dispensetur: et tanto est difficilior eorum dispensatio: quanto eorum origo est turpior.

Ad pm Ad primum ergo dicendum: quod irregularitas non est pena iniquitati debita: et ideo patet quod illegitime nati non portant iniquitatem patris: ex hoc quod irregulares sunt.

ad 2m. ¶ Ad 2m dicendum: quod ea que per actum propriu committuntur possunt per penitentiam ad actum contrarium aboleri: non autem ea que ex natura sunt: et ideo non est simile de vitioso actu et de vitiosa origine.

¶ Utrum propter defectum membrorum debeat quis impediri. Ar. vj



primum Ad sextum sic proceditur. videtur quod propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri: quia afflictio non debet addi afflicto: ergo non debet priuari ordinis gradu propter penam corporalis defectus.

2m. ¶ Preterea plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis quam integritas corporis: sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis ergo et cum corporis defectu.

I oppm Sed contra tales prohibebantur a ministerio veteris legis: ergo multo fortius debent in noua prohiberi. De bigamia vero dicetur in tractatu de matrimonio.

Rnº principalis ubi. s. q. 4. Respondeo dicendum: quod sicut ex dictis patet aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum: vel propter impedimentum actus: vel propter impedimentum claritatis persone: et ideo patientes defectum in membris impediuntur a susceptione ordinis: si sit talis defectus: qui maculam notabilem inferat: per quem obscuretur persone claritas: ut abscisio nasi: vel periculum in executione facere possit: alias non impeditur: hec autem integritas exigitur de necessitate precepti. ¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶ De his que annexa sunt sacro ordinis. Questio. xl.



Deinde considerandum est de his que sunt annexa sacro ordinis. Et circa hoc queruntur septem. Primo utrum ordinati debeant habere corone ras/

suram et tonsuram. 2° vtrum corona sit ordo. 3° vtrum per acceptionem corone aliquis abrenunciet corporalibus bonis. 4° vtrum supra sacerdotalem debet esse potestas episcopalis. 5° vtrum episcopatus sit ordo. 6° vtrum supra episcopos possit esse aliqua potestas superior. 7° vtrum vestes ministrorum conuenienter sint institute.

¶ Utrum ordinati debeant tonsuram deferre. Ar. i.



pm. Ad primum sic proceditur: videtur quod ordinati non debeant corone rasuram habere. Quia dominus comminatur captiuitatem et dispersionem his qui sic attundentur: vt patet Deut. 33. De captiuitate inimicorum denudati capitis. Hiere. 49. Dispergam in omnem ventum eos qui attonsi sunt in comam: sed ministris christi non debetur captiuitas sed libertas: ergo corone rasura et

2m. tonsura eis non competit. ¶ Preterea. veritas debet respondere figure: sed figura corone precessit in veteri lege in tonsura nazareorum: sicut in littera dicitur: quia cum nazarei non essent ordinati ad misterium diuinum: videtur quod ministris ecclesie non debeatur tonsura vel rasura corone: et hoc etiam videtur per hoc quod conuersi qui non sunt ministri ecclesie tondun-

3m. tur in religionibus. ¶ Preterea. per capillos superflua signantur: quia capilli ex superfluis generantur: sed ministri altaris omnem superfluitatem a se debent expellere: ergo totaliter debent caput radere et non in modum corone.

I oppm pm. Sed contra quia secundum Greg. diuine deo regnare est: sed corona est signum regni. ergo illis qui ad diuinum ministerium appli-

2m cantur corona competit. ¶ Preterea. Capilli in velamen dati sunt: vt patet. i. Cor. ii. sed ministri altaris debent habere mentem velatam. ergo competit eis rasura corone.

Respondeo dicendum: quod eis qui ad diuina misteria applicantur competit rasura et tonsura in modum corone ratione figure: quia corona est signum regni et perfectionis cum sit circularis: illi autem qui diuinis ministeriis applicantur adipiscuntur regiam dignitatem: et perfecti in virtute esse debent: competit etiam ratione subtractionis capillorum: et ex parte superiori per rasuram: ne mens eorum temporalibus occupationibus a contemplatione diuinorum retardetur et ex parte inferiori per tonsuram ne eorum sensus temporalibus obuoluantur. Rñº. pncip. di. 4. q. 3. ar. i. q. i.

28. q. 1. dicitur. Non potest infidelis in eius coniunctione commanere: a qua iam in Christianam translata est fidem: ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere. ¶ Praeterea matrimonium quod inter fideles contrahitur: est perfectius quam illud quod contrahitur inter infideles: sed si fideles contrahant in gradu prohibito ab ecclesia dissolvitur eorum matrimonium: et ergo et infidelium: et ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli: ad minus quando cum ea

3^m.

in infidelitate contraxit in gradu prohibito. ¶ Praeterea aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum sue legis: si ergo potest commanere cum illis: cum quibus in infidelitate contraxit: videtur quod possit etiam post conversionem plures vxores retinere. ¶ Praeterea.

4^m.

5^m.

potest contingere quod repudiata vna vxore aliam duxerit: et in illo matrimonio existens convertatur: videtur: ergo quod saltem in hoc casu non possit cum vxore quam de novo habet commanere.

Sed contra est quod apostolus. 1. Cor. 7. consulit quod commaneat. ¶ Praeterea nullum impedimentum superveniens vero matrimonio tollit ipsum: sed matrimonium erat verum quando vterque infidelis erat: ergo quando alter convertitur non dirimitur per hoc matrimonium et ita videtur quod possit licite commanere.

in opp^m.
p^m.
2^m.

Respondeo dicendum: quod fides eius qui est in matrimonio non polluit: sed perficit matrimonium. Unde cum inter infideles sit verum matrimonium: vt ex dictis patet: per hoc quod alter eorum convertitur ad fidem non ex hoc ipso vinculum matrimonii solvitur. Sed aliquando vinculo matrimonii manente solvitur matrimonium quantum ad cohabitationem et debiti solutionem in quo pari passu currunt infidelitas et adulterium: quia vtrumque est contra bonum prolis. Unde sicut se habet in potestate viri dimittendi adulteram vel commanendi cum ea: ita se habet in potestate dimittendi infidelem vel commanendi cum ea. Potest enim vir innocens libere manere cum adultera spe correctionis: non autem si in adulterii peccato fuerit obstinata ne videatur patronus turpitudinis quamvis etiam cum spe correctionis possit libere dimittere: similiter fidelis conversus potest cum infideli commanere cum spe conversionis: si eam in infidelitate obstinatam non viderit: et benefacit commanendo: tamen non tenetur: et de hoc est verbum apostoli.

Rn^o principium. vbi. s. ar. 3.

Ad pm **Ad primum** ergo dicendum: quod facilius impeditur aliquid fiendum quam destruatur quod rite factum est: et ideo multa sunt que impediunt matrimonium contrahendum si precedant: que tamen ipsum non possunt dissoluere si sequantur sicut de affinitate patet. ¶ Ad 2m dicendum:

Ad 2m quod in primitiua ecclesia tempore apostolorum passim conuertebantur ad fidem: et iudei et gentiles: et ideo tunc fidelis vir poterat habere probabilem spem de vxoris conuersione: etiam si conuersionem non promitteret. Post modum autem tempore procedente iudei sunt magis obstinati quam gentiles: quia gentiles adhuc intrabant ad fidem sicut tempore martyrum: et temporibus constantini imperatoris: et circa tempora illa: et ideo tunc non erat tutum fideli cum vxore infideli iudea cohabitare: nec erat spes de conuersione eius sicut erat de conuersione vxoris gentilis: et ideo tunc fidelis conuersus: poterat cohabitare cum gentili: sed non cum iudea nisi conuersionem promitteret et secundum hoc loquitur decre. illud Sed nunc pari passu ambulant vtrique s. gentiles et iudei: quia vtrique obstinati sunt et ideo nisi vxor infidelis conuerti velint non permittetur ei cohabitare siue sit gentilis siue

Ad 3m iudea. ¶ Ad 3m dicendum: quod infideles non baptizati non sunt astricti statutis ecclesie: sed sunt astricti statutis iuris diuini: et ideo si contraxerunt aliqui infideles in gradibus prohibitis secundum legem diuinam. Leuit. 18. siue vterque: siue alter ad fidem conuertatur non possunt in tali matrimonio commanere: si autem contraxerunt in gradibus prohibitis per statutum ecclesie possunt commanere si

ad 4m vterque conuertatur: vel si vno conuerso sit spes de conuersione alterius. ¶ Ad 4m dicendum: quod habere plures vxores est contra legem nature: cui etiam infideles sunt astricti: et ideo non est verum matrimonium infidelis nisi cum illa cum qua primo contraxit: vnde si ipse cum omnibus suis conuertatur potest cum prima commanere: et alias debet abicere. Si autem prima conuerti noluerit: et aliqua aliarum conuertatur: idem ius habet contrahendi cum illa de nouo: quod cum alia habet: de quo post dicetur: ¶ Ad

5m dicendum: quod repudium vxoris est contra legem nature: vnde infideli non licet vxorem repudiare: et ideo si conuertatur postquam vna repudiata alteram duxerit idem iudicium est de hac: quia tenetur primam quam repudiauerat accipere si conuerti voluerit et aliam abijcere. Ad 5m

¶ Utrum fidelis conuersus possit vxorem infidelem volentem cohabitare dimittere.

Arti. quartus.



AD quartum sic proceditur. Uidetur quod fidelis conuersus non possit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare sine contumelia creatoris. Maius enim est vinculum viri ad mulierem quam serui ad dominum: sed seruus non absoluitur a seruitutis vinculo: vt patet. 1. Corin. 7. et. 1. Thi. 6. ergo et vir fidelis non potest vxorem dimittere. ¶ Preterea. nullus potest alteri preiudicium facere sine consensu ipsius: sed vxor infidelis habebat ius in corpore viri infidelis: si ergo per hoc quod vir ad fidem conuertitur: mulier preiudicium pati posset vt libere dimitteretur: non posset vir conuerti ad fidem sine consensu vxoris: sicut nec ordinari: nec vouere continentiam sine consensu eius ¶ Preterea si aliquis contrahat cum ancilla sciente: siue sit seruus siue liber: non propter diuersam conditionem potest ipsam dimittere: cum ergo vir qui quando contraxit cum infideli sciuerit eam esse infidelem: videtur simili quod non possit eam dimittere propter pm. 2m. 3m.


quarta infidelitatē. ¶ Pr̄.pr̄ tenet ex debito procurare salutē prolis: sed si discederet ab infideli vxore: filij cōmunes matri remanerent qr partus sequitur ventrē: et sic essent in periculo salutis: ergo nō pōt vxorem infidelē
5m dimitti licite ¶ Pr̄.adulteram pōt adulteram dimittere: ēt postq̄ de adulterio pniam egit: ergo si sit idē iudiciū de adulterio et infideli: nec infidelis infidelē pōt relinq̄re ēt postq̄ ad fidē ē cōuersus

i oppm primus **Sed contra** est qd apls dt .j.Corin.7. ¶ Pr̄.adulterium spirituale est grauius q̄ carnale: sed propter carnale adulteriū vir potest dimittere vxorē q̄tum ad cohabitationē: ergo multofortius pp infidelitatem: que est adulterium spūale
2m,

Rñº ŝn vbi.s.ā iiij. **Respondeo** dicēz: q hominiŝm aliam et aliā vitam diuersa cōpetunt et expediunt: et iō qui moritur priori vite nō tenet ad illa ad q̄ in priori vita tenebatur: et idē est q ille q̄ i vita seculari exñs aliqua vouit: non tenetur ad illa qñ mundo moritur: et vitā religiosā assumēs pficere. Ille aūt qui ad baptismū accedit regenerat in xp̄o et priori vite moritur cum generatio vnius sit corruptio alterius: et iō liberat ab obligatōne qua vxori tenebat reddere debitū et ei cohabitare non tenet qñ cōuerti nō vult: q̄uis reddere debitū in aliq̄ casu libē possit facē sicē dcm ē: sicē et religiosus pōt libere perficere vota que fecit in seculo: si nō sunt cōtra religionē suā q̄uis ad ea nō teneatur: vt dictum est.

Ad pm **Ad primum** ergo dicēz: q seruire nō est aliquid incompetens xp̄iane religionis perfectioni que maxime humilitatem pfitet: sed obligatio mulieris siue matrimonij aliquid derogat pfectioni vite xp̄iane: cuius sūmum statum continentes possident: et ideo non est simile de vtroq̄. Et preterea vnus coniugū non obligatur alteri quasi possessō eius .q. domino suus: sed per modum societatis cuiusdam que non congrue est infidelis ad fidelez: vt pz scda Corin.6 et ideo non est simile de seruo et cōiuge. ¶ Ad 2m dō. q vxor nō habebat ius in corpore viri nisi q̄diu i vita illa manebat in qua contraxerant: qr etiam mortuo viro vxor soluta est a lege viri vt pz Ro.7. et iō si postq̄ vir mutat vitam moriēs priori vite ab ea discedat: nullum fit ei preiudiciū. Transiens autem ad religionem moritur tantum spirituali morte: non autez corporali: et ideo si matrimoniū sit consumatuz non pōt vir sine consensu vxoris ad religionem transire. Pōt autez ante carnalem copulam quando est tātum copula spūalis: sed ille q̄ ad baptismum accedit corporalit ēt cōsepelitur xp̄o in morte. et ideo a debito soluitur reddendo etiaz pº matrimonium consumatum. Vel dōm: q ex culpa sua vxor pretudicium patitur que cōuerti contemnit. ¶ Ad 3m dicendū: q disparitas cultus facit personā simplicit illegitimam: non autem conditio seruitutis: sed solū quādo ignorata est: et ideo non sequitur similis ratio de infideli et ancilla. ¶ Ad 4m dicendum: q ples aut peruenit ad perfectam etatem: et tūc poterit libere seq̄ patrem fidelem vel matrem infidelem: vel est in minori etate constitutus: et tunc debet dari fideli non obstante q indiget matris obsequio ad educationem ¶ Ad 5m dicendum: q adulter p penitentiam non transit ad aliam vitaz sicut infidelis per baptismū et ideo non est similis ratio.
ad 2m.
Ad 3m
ad 4m
Ad 5m

¶ Utrum fidelis discedens ab vxore infideli possit aliā ducere.
Articulus quintus.

pm. 
D quintum sic pcedit: vr q fidelis discedens ab vxore infideli non possit aliaz ducere in vxorē. Quia indissolubilitas ē. de rōne mrimonij cum repudium vxoris sit ꝯ legē nature: sꝫ īter infideles erat verus mrimoniū. ergo nullomō pōt mrimonium solui: sꝫ manente vinculo mrimonij ad vnam nō potest aliquis cū alia ꝯhere: ergo fidelis discedens ab vxore infideli ñ pōt cū alia ꝯhere.
2m. ¶ P̄. crimē supueniēs mrimōio nō soluit matrimoniū: sꝫ si mulier velit cohabitare sine ꝯtumelia creatoris ñ soluit vīculū mrimonij qꝛ vir nō pōt aliā ducere: ergo pctm̄ vxoris que nō vult cohabitare siñ ꝯtumelia creatoris non soluit mrimoniū: vt libere possit vir aliam vxorem ducere.
3m. ¶ P̄. vir ⁊ vxor sunt pares in vinculo mrimonij. cū ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virū
5m ducerē: vr q nec fideli liceat. ¶ P̄. fauorabilius est ꝯtinentie votū q̄ mrimonij ꝯtctus: sꝫ viro fideli vxoris infidelis nō lꝫ vt vr votum ꝯtinētie emittere: qꝛ tunc vxor fraudaretur mrimōio si postmodū ꝯuerteretur: ergo multo minꝰ lꝫ ei matrimo
4m nium ꝯtrahere cuꝫ alia. ¶ P̄. filiꝰ qui remanet in infidelitate patre conuerso amittit ius paterne hereditatis: ⁊ tñ si postea cōuertitur redditur ei hereditas sua etiam si alius in possessionem eius intrauit: ergo videtur a simili q si vxor infidelis post ꝯuertatur q sit sibi reddendus vir suus etiam si cum alia contraxerit: quod non posset esse si secundum matrimonium verus esset: ergo non potest ꝯtrahere cū alia.
1 opp^m pm **Sꝫ cōtra** matrimonium nō est ratū sine sacramento baptismi: sed quod non est ratum potest dissolui: ergo matrimonium in infidelitate contractū potest solui ⁊ ita solutio matrimoniali vinculo licet viro aliam ducere in vxorem. ¶ P̄. vir nō debet 2m cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare sine cōtumelia creatoris: si ergo non liceret ei aliam ducere: cogeretur continentiam seruare: quod videtur inconueniēs: qꝛ sic ex cōuersione sua incommodum reportaret.

Rñdeo dicēdum: q qñ alter ꝯiugū ad fidē ꝯuertitur altero in infidelitate manēte distinguēduꝫ ē: qꝛ si infidelis vult cohabitare sine ꝯtumelia creatoris. i. sine hoc q ad infidelitatē inducat: potest fidelis libere discedere sed discedens non pōt alteri nubere: si autem infidelis non velit cohabitare sine contumelia creatoris ī verba blasphemie prorumpens et nomen xp̄i audire nolens: tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur vir fidelis discedēs potest alteri ꝑ matrimonium copulari. Rño principalis. vbi. s. ar. 5.

Ad primū ergo dicēdum: q mrimonij infideliuꝫ est imperfectū: sꝫ mrimoniū fidelium est ꝑfectū: ⁊ ita est firmius. Sempꝫ autem firmius vīculum soluit minus firmum: cū ei sit ꝯtrariū: ⁊ iō mrimonium qđ post in fide xp̄i cōtrahitur soluit mrimoniū qđ ꝑus ī infidelitate ꝯtractū fuerat: vñ matrimonium infideliū non est oīno firmum ⁊ ratū: sed ratificatur postmodum per fidē xp̄i. Ad pm
¶ Ad 2m dicēdum: q crimē vxoris nolētis cohabitare sine cōtumelia creatoris absoluit virum a seruitute qua tenebatur vxori vt nō posset ea viuente aliaꝫ ducere: sed nondum soluit mrimonium: qꝛ si in blasphemia illa conuerteretur anteq̄ ille aliud matrimonium ꝯtraheret redderetur ei vir suus: sed soluitur ꝑ mrimoniuꝫ sequens: ad quod peruenire nō posset vir fidelis nisi solutus a seruitute vxoris per culpaꝫ. Ad 2m
¶ Ad 3m dicendum: q postq̄ fidelis contraxit solutum est vinculuꝫ matrimo Ad 3m

nũ ex vtraq; parte: q2 mrimoniũ non claudicat q̃tum ad vinculũ: sed quãq; claudicat q̃tũ ad effectũ vnde in penam vxoris infidelis ei indicitur q̄ non possit cum alio cõtrahere magis q̃ virtute mrimonij p̄cedentis: sed si postea ↄuertatur p̄t ei concedi dispensatiue: vt alteri nubat si vir eius aliã duxit

Ad 4m ¶ Ad 4m dõm: q̄ si post ↄuersionem viri aliqua p̄babilis spes de cõuersione vxoris sit: nõ d3 votũ ↄtinentie vir emittere: nec ad aliũ matrimoniũ transire: q2 difficili⁹ ↄuerteref vxor viro suo sciẽs se eẽ p̄uatam. si aũt nõ sit spes de ↄuersione põt ad sacros ordines vel ad religionẽ accedeř pri⁹ reqsita vxore q̄ ↄuertatur: ꝛ tunc si post q̃ vir sacros ordines suscepit vxor conuertatur: non est sibi vir suus reddendus: s3 debet imputare sibi in

Ad 5m penam tarde conuersionis q̄ viro suo priuatur. ¶ Ad 5m dõm: q̄ vinculum paternitatis nõ soluiř per disparem cultũ sicut vinculũ matrimonij ꝛ ideo nõ est simile de hereditate ꝛ vxore.

¶ Utrum alia vitia soluant mrimonium. Arti. vi.

p̄m AD sextum sic p̄cediř: vř q̄ alia vitia soluant matrimoniũ: sicut infidelitas. Adulterium enim videtur esse directi⁹ contra matrimoniũ q̃ infidelitas sed infidelitas soluit matrimoniũ in aliquo casu: vt liceat ad aliũ matrimoniũ transire: ergo ꝛ adulte-

2m. rium idem facit. ¶ p̄. sicut infidelitas ē fornicatio spũalis: ita ꝛ qdlibet peccatũ: si ergo propter hoc infidelitas matrimoniũ soluit: q2 est fornicatio spũalis: pari ratiõe qõlibet pctm̃ mrimonium soluet.

3m. ¶ p̄. Mat. 18. dř. Si dextera manus tua scandalizat te abscinde eã ꝛ p̄ijce abs te: diẽ gl. q̄ in manu ꝛ dextero oculo possunt accipiř propinqui ꝛ filij: sed p̄ quolibet peccato efficiũtur nobis impedimenta: ḡ p̄p̄ pctm̃ põt matrimonium dissolui. ¶ p̄. auaritia 4m.

idolatria est: vt dř. Ephe. 5. sed p̄pter idolatriã potest mulier dimitti ergo pari ratione propter auaritiam: ꝛ ita propter alia peccata que sunt maiora q̃ auaritia. ¶ p̄. 5m.

hoc expresse magister diẽ in lřa.

Sz cõtra ē quod dř Math. 5. Qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis mechatur. ¶ p̄. secundũ hoc tota die fierent diuortia: cũ raro inueniatur matrimonium in q̄ alter cõiugũ in peccatũ nõ labař. 1 oppm p̄m. 2m.

Rñdeo dõ3: q̄ fornicatio corporalis ꝛ infidelitas spãlem h̄nt ↄrietate3 ad bona matrimonij: vt ex dictis patet: vñ specialem habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum est q̄ matrimoniũ dupliciter soluiř. Uno modo quantum ad vinculum: ꝛ sic non potest solui postq̃ matrimonium est ratificatũ neq; per infidelitatem: neq; per adulterium: sed si non est ratificatũ soluitur vinculum p̄manente infidelitate in altero coniugum: si alter cõuersus ad fidẽ ad aliud ↄiugiũ transeat: nõ aũt soluitur vinculũ predictum per adulterium: alias infidelis libere posset dare libellũ repudij vxori adultere: ꝛ ea dimissa aliam ducere: quod falsum est. Aliomodo soluitur matrimoniũ quantum ad actum: ꝛ sic solui põt tam per infidelitatem q̃ p̄ fornicationẽ spiritualẽ: sed propter alia pctã nõ põt solui mrimoniũ etiã quantum ad actũ: nisi forte ad tẽpus se velit vir subtrahere a cõsortio vxoris ad castigationem eius subtrahendo ei p̄ñtie sue solatiũ. Rñº. p̄ncip. vbi. s̄. ar. 6.

Ad p̄m Ad p̄mũ ergo dicendum: q̄ q̃uis adulteriũ magis directe opponař mrimonio in q̃tum est in officium nature q̃ in-

fidelitas: tamen econuerso est inchoatum matrimonium est sacramentum ecclesie: ex quo habet perfectam firmitatem inquantum significat indiuisibilem coniunctionem christi et ecclesie: et ideo matrimonium quod non est ratum magis potest solui quantum ad vinculum propter infide
Ad 2m litatem quam per adulterium. ¶ Ad 2m dicendum: quod coniunctio prima anime ad deum est per fidem: et ideo per eam anima quasi desponsatur deo: vt patet Osee. 2°. Sponsabo te mihi in fide. Unde in sacra scriptura spiritualiter per fornicationem idolatria et infidelitas designantur: sed alia peccata magis remota significatione dicuntur spirituales fornicationes.
Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: quod hoc intelligendum est quando mulier prestat magnam occasionem peccati viro suo: vt vir probabiliter sibi de periculo timeat tunc enim vir potest se subtrahere ab eius conuersatione. vt dictum
ad 4m est. ¶ Ad 4m dicendum: quod auaritia dicitur idolatria per quandam similitudinem seruitutis: quia tam auarus quam idolatria potius seruit creature quam creatori non autem per similitudinem infidelitatis: quia corruptio infidelitatis est in intellectu: sed auaritie
Ad 5m in affectu. ¶ Ad 5m dicendum: quod verba magistri sunt accipienda de sponsalibus: quia propter crimen superueniens sponsalia solui possunt: vel si loquitur de matrimonio intelligendum est de separatione a communi conuersatione ad tempus; vel dictum est: vel quando vxor non vult cohabitare nisi sub conditione peccandi: vt cum dicit. Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: tunc enim potius eam debet dimittere quam latrocinia exercere.

¶ De vxoricidio.

Questio.lx.


Deinde considerandum est de vxoricidio. Circa quod queruntur duo. ¶ Primo vtrum in aliquo casu liceat vxorem occidere. ¶ 2° vtrum vxoricidium matrimonium impediat.

¶ Utrum liceat vxorem interficere inuentam actu adulterij. Ar.1.


Ad primum sic proceditur: videtur quod liceat viro vxorem interficere in actu adulterij deprehensam. Lex enim diuina precipit adulteras lapidari: sed ille qui legem diuinam exequitur non peccat: ergo nec occidere propriam vxorem si sit adultera. primum
¶ Preterea. illud quod licet legi licet ei cui lex hoc committit: sed legi licet interficere adulteram: aut qualibet personam ream mortis: cum ergo lex commiserit viro interfectionem vxoris in actu adulterij deprehense: videtur quod et liceat. 2m.
¶ Preterea. vir habet potestatem maiorem super vxorem adulteram quam super eum qui cum ea adulterium commisit: sed si vir percutiat clericum quem cum propria vxore inuenit: non est excommunicatus ergo videtur quod etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam. 3m.
¶ Preterea. vir tenetur vxorem suam corrigere: sed correctio fit per inflictionem iuste pene. cum ergo iusta pena adulterij sit mors: quia est capitale crimen: videtur quod liceat viro vxorem adulteram occidere. 4m.

Sed contra in littera dicitur quod ecclesia dei nunquam constringitur legibus humanis vel mundanis: gladium enim non habet nisi spiritualem: ergo videtur quod ei qui vult esse de ecclesia: non sit licitus vsus legis illius que vxoricidium permittit. Sed opp. primum.
¶ Preterea. vir et vxor ad paria iudicantur: sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum: ergo nec viro vxorem. 2m.

Respondeo dicendum: quod virum interficere vxorem contingit dupliciter. Uno modo per iudicium ciuile: et sic non est dubium quod sine peccato potest vir zelo iustitie non liuore vindicte: aut odij motus vxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter. Responsio principalis. 4.d.37 .q.2.a.1

de adulterio: et penã mortis a lege statutam petere: sicut etiam licet aliquẽ accusare de homicidio: aut de alio crimine: nõ tamen tal' accusatio pt fieri in iudicio ecclesiastico quia ecclesia non habet gladium materialẽ: vt i lra dr. Alio modo possz eã p seipm occidere: nõ in iudicio cõuictã: et sic extra actũ adulterij eam interficere quãtũcũq3 sciat eaz adulteram neq3 sm leges ciuiles: neq3 sm leges conscie lz. Sed lex ciuilis quasi licitũ putat q in ipso actu eã iterficiat nõ quasi pcipiẽs aut phibens: sed quasi penam homicidij ei nõ ifligens pp maximũ incitamentum: qd habet vir in tali facto ad occasionẽ vxoris. Sz ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis: vt iudicet eũ sine reatu pene eterne: vel pene ecclesiastico iudicio infligende: ex hoc q est sine reatu pene infligende: p iudicium seculare: et ideo in nullo casu licet viro occidere vxorẽ ppria auctoritate.

Ad pm **Ad primum** ergo dicẽdũ: q penã illã ifligendã nõ commisit psonis puatis: sed personis publicis que habẽt offm ad hoc deputatum. Vir autẽ non est iudex vxoris et ideo nõ põt eam interficere: sed corã iudice accusare.

ad 2m. ¶ Ad 2m dicendũ: q lex ciuilis nõ cõmisit viro occisionẽ vxoris quasi pcipiens: quia sic nõ peccaret: sicut nõ peccat minister iudicis latronẽ occidens condemnatuz ad mortẽ: sed pmisit penã nõ adhibens: vnde etiã difficultates quasdã apposuit quibus retraherent viri ab vxoricidio.

Ad 3m ¶ Ad 3m dicendũ: q ex hoc nõ pbat q sit licitum simpliciter: sz quãtũ ad imunitatẽ ad aliquã penaz: quia et excõicatio quedã pena est.

ad 4m ¶ Ad 4m dicendum: q duplex est congregatio: quedã hiconomica sicut familia aliq: et quedã politica sicut ciuitas et regnum. Ille igitur qui preest scde congregationi vt rex: potest infligere penã et corrigẽ personam: et exterminare ad purgationẽ communitatis cuius curã gerit: sed ille qui preest in pma cõgregatione vt paterfamilias nõ pt infligere nisi penã corrigentẽ: quae se non extendit vltra terios emendationis: quã transcẽdit pena mortis: et iõ vir q sic pest vxori nõ pt ipsam interficere: sed alis accusare vel castigare.

¶ Utrum vxoricidiũ impediat matrimonium. Articu. ij.



AD secundum sic pcedit: vr q vxoricidium nõ impediat matrimoniũ. Directi9 enim opponit adulteriũ matrimonio quam homicidium sed adulteriũ nõ impedit matrimoniũ: g nec vxoricidiũ. primus

¶ P. Gui9 e pcm occidẽ mfes quam vxorẽ quia nũq3 lz pberar mrez: lz at pberar vxorẽ: sz occisio mris nõ impedit mrimoniũ: g nec vxoris occisio. 2m.

¶ P. magis peccat qui vxorẽ alteri9 pp adulteriũ iterficit quam vxorem ppam: inquantum minus hz de motiuo: et minus ad eũ spectat ei9 correctio: sed qui alienã vxorẽ occidit non impeditur a matrimonio: g nec ille qui ppriam vxorem interficit 3m.

¶ P. remota causa remouetur effectus sed pcm homicidij põt p pniam rẽoueri: g et ipedimẽtuz matrimonij: qd ex eo causatur et ita videt q post peractã penitẽtiam non phibeat matr monium contrahere. quartũ

Sed contra est qd canõ dt Interfectores suarum coniugũ ad penitẽtiaz redigendi sunt: qb9 penit9 denegat coniugiũ. l oppm primus

¶ P. in eo in quo quis peccat debet puniri: sed peccat cõtra mrim q vxorem occidit: g debz puniri vt matrimonio puetur. 2m

Respondeo dicendum: q vxoricidiũ ex statuto ecce mrimõium ipedit: sed quã Rñº pncipalis vbi. s. a ij.

doq3 impedit contra contrahēdū: et nō dirimit ꝯctū qn̄.s.pp adulteriū vir occidit vxorē: aut ēt pp odium: tamen si timeꝫ de incōtinētia ipsius ꝑt cū eo dispensari per ecclesiā vt licite mr̄imoniū ꝯhat: qn̄ q3 ēt dirimit ꝯctum: vt quādo aliquis interficit vxorē suam vt ducat eā cū qua mecaꝫ: tūc em̄ efficitur illegitima ꝑsona simplr̄ ad cōtrahendū cū illa: ita q̄ si de facto cum ea ꝯxerit mr̄im dirimiꝫ. Sz ꝑ hoc non efficiꝫ simplr̄ ꝑs illegitia respectu aliaꝝ mulieꝝ. Vn̄ si cum alia ꝯxerit q̄uis peccet ꝯ statutū ecc facieus: tamē mr̄im ꝯctus nō dirimiꝫ ꝑꝑhoc.

ad ꝑm. **Ad primum** ḡ dōm: q̄ homicidium ⁊ adulteriū i aliq̄ casu ipediunt matrimonium ꝯhēdū et dirimūt ꝯctum: sicut d̄ vxoricidio dr̄: hoc ēt de adulterio. vt. s̄. hitū ē. Vel dōm: q̄ vxoricidiū est ꝯtra sbam ꝯiugij: sed adulterium cōtra bonū fidei ei debite sic adulterium nō est mag ꝯ mr̄im q̄ vxoricidiū ⁊ ita rō ꝓcedit ex falsis.

Ad 2m ℂ Ad 2m dōm: q̄ simplr̄ loquendo g̃uius pc̄m est occidere mr̄em q̄ vxorē: ⁊ mag ꝯ nām: q2 nālr̄ hō mr̄em reuereretur: ⁊ iō min9 iclinaꝫ ad iterfectionem matris: ⁊ ꝓnior est ad iterfectionē vxoris. ad c9 ꝓnitatē reprehensionē vxoricidis ē mr̄im ab eccl'a iterdcm̄.

Ad 3m ℂ Ad 3m dōm: q̄ talis nō peccat ꝯtra mr̄im: sicut ille q̄ ꝓp̄ā vxorē iterficit: ⁊ ideo non ē sile.

ad 4m ℂ Ad q̃rtū dōm: q̄ nō ē neccessarium q̄ deleta culpa deleaꝫ ois pena: sic̄ d̄ irregularitate p3 Nonem̄ pnia restituit i p̄stinā dignitatē q̄uis possit restituere i p̄stinū statutū gratie: vt dictum est.

ℂ De im pedimento mr̄imōij: qd̄ est votū solemne. Questio.lxj.



Deinde consideradum est d̄ ipedimētis que supueniunt mr̄io. Et ꝑmo d̄ ipedimēto qd̄ superuenit mr̄io. s. de voto solēni. 2o de ipedimēto qd̄ supuenit mr̄io. ꝯsumato. s. de fornicatione. Circa ꝑm q̃runtꝫ tria. ꝑmo vtꝝ alter coniugum altero iuito post carnalē copulā possit religionē itrare. 2o vtꝝ an̄ carnalē copulā possit intrare. 3o vtrū altero itrante alter possit alteri nubere.

ℂ Utrum alter ꝯiugū altero iuito post carnalē copulā possit religionem intrare. Articulus ꝑm9

ꝑm **Ad primum** sic ꝓcediꝫ: vꝫ q̄ alt cōiugū ēt p9 carnalē copulā possit altero iuito ad religionē transire. Q2 lex dīa mag debꝫ spūalib9 fauere q̄ lex humana: s3 lex hūana hoc permisit: ḡ multo fōtius lex dīna ꝑmittere debuit.

ℂ ꝑ. minus bonū nō ipedit mai9 bonū: s3 mr̄imōij status est minus bonū q̄ stat9 religōis. vt p3. j. Corin. 7. ḡ ꝑ mr̄im nō deb3 hō ipediri qn̄ possit ad religionē trāsire. 2m.

ℂ ꝑ. i q̄l3 religiōe fit quoddā spūale mr̄im: sed l3 de leui religōe ad artiorē trāsire: ḡ l3 de mr̄io leuiori. s. carnali ad artius. s. mr̄im religōis transire etiam inuita vxore. 3m.

Sz ꝯtra ē qd̄ dr̄. j. Cori. 7. vt nec ēt ad tp̄s vacēt orōni ꝯiuges sine mutuo cōsēsu a mr̄io abstinētes. i opp ꝑm.

ℂ ꝑ. nullus pōt facere licite qd̄ est i ꝑiudim alteri9 sine ei9 volūtate: s3 votū religōis emissum ab vno coniugū ē i ꝑiudiciū alteri9: q2 vn9 h3 ꝑtātem corporis alteri9: ḡ vn9 sine ꝯsensu alteri9 non pōt votū religōis emittere. 2m.

Respōdeo dōm: q̄ nullus potest facere oblonem deo de alieno: vnde cum per matrimonium iam consumatum sit corp9 viri factum vxoris: non potest sine consensu ei9 deo ipsum offerre ꝑ continentie votū. Resꝑncip. d.27.q j.ar.iij. q.j.

Ad ꝑm **Ad primū** ergo dicēdum: q̄ lex humana con-

aderat mrimonium solū icptū est īoffm nāe: sed lex dina bm q est sacrm: ex q hz oimodā idiuisibilitatē: r iō nō est sile. ¶ Ad scdm dōz q nō ē icōueniēs maius bonum īpediri p minº bonū: quod habz ꝯrietatē ad ipm: sic ēt per malū bonū ipedit. ¶ Ad tertiū dōz: q in qlibet religiōe ꝯhit mrimonium ad vnā psonā. s. ad xpm: cui tamē ad pla obligat aliqs i vna religione q̄3 i alia: sed mrimoniuz mūle et religionis nō fiūt ad vnam persoinā: et ideo non est sile.

Ad 2m

Ad 3m

¶ Utrum alter coniugū possit altero iuito ante carnalem copulam religionē itrare. Arti. ij.

primuz

AD secundum sic pcedit: vr q nec ēt an cānalem copulam. Indiuisibilitas em mrimonij pertinet ad mrimonij sacrm: inq̄tum scz significat ppetuā ꝯiūctōe3 xpi ad eccam: sed an carnalē copulam post ꝯsensum per vba de pnti expssum est verū mrimonij sacrm: g nō pōt fieri diuisio p hº q alter ad religionē itrat. ¶ P. I ipso ꝯsensu p vba de presenti expresso: vnus cōiugū in alterū ptātē sui corporis trāsfert: g stati potest exiget debitum r alter tenet reddere: r ita nō pōt vnº iuito altero ad religionē transire. ¶ P. Mat. 19. Quos deus ꝯiunxit homo nō separet: s3 cōiūctio q est an carnalē copulam diuinitus facta est: g nō pt separi hūana voce.

2m.

3m.

Sed contra est q bm Hiero: dns vocauit Joannem de nuptijs.

1 opp m

Respondeo dōm: q ante carnalem copulā est inter ꝯiuges tantū vinculū spūale: s3 postea ēt ē iter eos vīculū carnale: r iō sicut post carnalē copulā matrimoniū soluitur p mortem carnalē: ita p igressū religiōis an copulā carnalē soluitur q3 religio est qdā mors spūalis: q aliqs seculo moriens viuit deo.

Rño. pncipa. vbi. s. q 2a

Ad primum g dōm: q mrimonium an carnalē copulā sigt illā ꝯiunctionem q est ad aiaz: q quidē soluit p ꝯsiū. s. p peccatū: sed p carnalē copulā signat ꝯiunctionē ad ecclam q̄tuz ad assūptionem hūane nature i vnitate psone: q oino est idiuisibilis. ¶ Ad scdz dōz q an carnalē copulā non est olo translatū corpº vnius sub ptāte alterius: sed sub ꝯditiōe: si iterea alter ad frugem melioris vite nō ꝯuolet: sed p carnalē copulā ꝯplet dcā translatio: q tūc intrat vterq3 in corporalē possessionē sibi tradite potestatis. Unde ēt an carnalē copulā nō statim tenet reddere debitū post matrimonium ꝯtum p verba de presenti: sed dat ei tempus duoz mensium pp tria. pmo vt interi possit delibe rare de transeundo ad religionem scdo vt pparent q sunt ad necessaria ad solēnitatē nuptiaz. tertō ne vilē habeat maritus datā: quā nō suspirauit dilatā. ¶ Ad tertiū dicendū: q ꝯiūctō matrimonial ante carnalem copulā est qdaz perfecta quātū ad esse pmum: sed nō cōsummata quantū ad actuz scdz qd est operatō: r siltur possessioni cōporali: et iō non oimodam indiuisibilitatem habet.

Ad pm

Ad 2m.

ad 3m.

¶ Utrū mulier possit nubere alteri viro an carnalem copulam viro suo religionem ingresso. Articulus tertius.

primuz

AD tertiuz sic pcedit. vr q mulier n possit nubere alteri viro ante carnalem copulā viro suo religionē igresso. Q2 illō qd cum matrimoº stare pōt. non soluit matrimoniale vīculū: s3 adhuc māet vinculuz matrimoniale iter eos q pari voto religionē intrant: ergo ex hoc q vnº itrat religionē alter nō absoluitur a vinculo mrimoni

ali: sed quamdiu manet vinculum matrimoniale ad vnum: non potest nube
2m re alteri etc. ¶ Preterea vir post ingressum religionis potest ante professionem redire ad seculum: si ergo mulier posset alteri nubere viro intrante religionem: et ipse posset alteram ducere rediens ad seculum: quod videtur absurdum.
3m. ¶ Preterea per decretum nouam professio ante annum emissa pro nulla reputatur: ergo si post talem professionem ad vxorem redeat tenetur eum recipere: ergo neque per introitum viri in religionem: neque per votum datur mulieri potestas alteri nubendi.

I oppm **Sed contra** nullus potest alterum obligare ad ea que sunt perfectionis sed continentia est de eis que ad perfectionem pertinent: ergo mulier non artatur ad continentiam ex hoc quod vir religionem ingreditur: et sic potest nubere

Rño princip. vbi. s. q .iij. **Respondeo** dicendum: quod sicut mors corporalis viri hoc modo vinculum matrimoniale soluit: vt mulier nubat cui vult secundum apostoli sententiam: ita etiam post mortem spiritualem viri per religionis ingressum poterit cui voluerit nubere.

Ad pm **Ad primum** ergo dicendum: quod quando vterque pari voto continentiam vouet: tunc neuter coniugali vinculo abrenunciat: et ideo adhuc manet: sed quando vnus tantum vouet: tunc quantum est in se abrenunciat vinculo coniugali: et ideo alter absoluitur a vinculo illo.

Ad 2m ¶ Ad secundum dicendum: quod non intelligitur mortuus seculo per religionis ingressum quousque professionem emiserit: et ideo vsque ad tempus illud tenetur eum vxor sua expectare.
Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: quod de professione sic emissa ante tempus determinatum a iure est idem iudicium quod de voto simplici Unde sicut post votum simplex vir mulieri debitum reddere non tenetur cum ipsa non haberet potestatem alteri nubere: ita et hic.

¶ De impedimento quod superuenit matrimonio consumato quod est fornicatio. Questio.lxij.



Deinde considerandum est de impedimento quod superuenit matrimonio consummato. s. de fornicatione. et circa hoc queruntur sex. primo vtrum liceat viro dimittere vxorem causa fornicationis 2o vtrum ad hoc teneatur 3o vtrum propria iudicio eam dimittere possit. quarto vtrum vir et vxor quantum ad hoc sint equalis conditionis. 5o vtrum post diuortium debeant manere innupti. 6o vtrum post diuortium possint reconciliari.

¶ Utrum propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur. Uidetur quod propter fornicationem non liceat viro vxorem dimittere. Non enim est malum pro malo reddendum: sed vir dimittendo vxorem propter fornicationem videtur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet. pm
¶ Preterea maius peccatum est si vterque fornicetur: quam si alter tantum: sed si vterque fornicetur non poterit propter hoc fieri diuortium: ergo nec si vnus tantum fornicatus fuerit. 2m.
¶ Preterea fornicatio spiritualis et quedam alia peccata sunt grauiora quam fornicatio carnalis: sed propter illa non potest fieri separatio a thoro: ergo nec propter fornicationem carnalem. 3m.
¶ Preterea vitium contra naturam magis remotum est a bonis matrimonij quam fornicatio que modo nature fit: ergo magis debuit poni causa separationis quam fornicatio. 4m

Sed contra est quod dicitur mat. 5. ¶ Preterea illi qui frangit fidem I oppm primum

non tenet aliqs suare fidē: sꝫ ꝯiūx fornicādo fidē frangit: quam alteri coniugi dꝫ: ergo alter potest alterū cā fornicationis dimittere.

Rño. princi. di. 35. q. 1. ar. 1 Respondeo dōm: ꝙ dominus dimittere vxorem concessit propter fornicationem in penam illius qui fidem fregit: ꝛ in fauorem illiꝰ q̄ fidē seruauit: vt non sit astrictus ad reddendū ei debitū q̄ non seruauit fidem. Et ꝓpter hoc excipiūtꝛ septē casus in qbꝰ nō lꝫ viro vxorē dimittere fornicatricē: in qbꝰ vel vxor a culpa imunis ē: vł vtraqꝫ eqlr culpabiles sūt. Primꝰ ē si ipē vir silr fornicatꝰ fuerit. 2ꝰ si ipse vxorem ꝓstituerit. 3ꝰ si vxor virū ꝓbabilr mortuū credēs ꝑꝑ longaꝫ eius absentiā alteri nuserit. 4ꝰ ē si latenter cognita ē ab aliquo sub spē viri lectū subitrāte 5ꝰ si fuerit vi oppressa. 6ꝰ si recōciliauit eā sibi pꝰ adulteriū ꝑpetratum carnaliter eam cognoscens. 7ꝰ si in mr̄imonio in infidelitate vtriusqꝫ contracto vir dederit vxori libellū repudij: ꝛ vxor alteri nupserit: tūc. n. si vterqꝫ ꝯuertatꝛ tenetur eam vir recipere.

Ad pᵐ Ad primum ergo dōm: ꝙ vir si dimittat vxorem fornicantem liuore vl dicte peccat: si autem ad infamiaꝫ ꝓpriam cauendam: ne videatꝛ particeps criminis: vel ad vitiuꝫ vxoris corrigendū: vel ad vitādū prolis icertitudinē nō peccat.

Ad 2ᵐ ❡ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ diuortiū ex cā fornicationis fit vno accusante aliū: ꝛ qꝛ nullus p̄t accusare q̄ i sili crimine existit: qn̄ vterqꝫ fornicatꝛ diuortium celebrari nō pōt: ꝗuis magis peccetꝛ ꝯtra mr̄imoniū vtroqꝫ fornicante ꝗ altero tm̄.

Ad 3ᵐ ❡ Ad 3ᵐ dicendū: ꝙ fornicatio directe ē ꝯtra bonū matrimonij: qꝛ tollitꝛ per cā certitudo ꝓlis: ꝛ fides frangitur: ꝛ significatio nō seruatur: dū vnꝰ coniugum pluribus carnem suam diuidit: ꝛ ideo alia crimina ꝗuis forte sint maiora fornicatione: nō tn̄ causant diuortium. Sed qꝛ infidelitas: que dicitur spūalis fornicatō: etiā ē ꝯtra bonū matrimonij ꝙ est ꝓles educanda ad cultū dei: etiam ipsa facit diuortiū: sed tamē aliter ꝗ corꝑalis fornicatō: qꝛ ꝑꝑ vnū actū fornicatōis carnalis potest ꝓcedi ad diuortiū nō ꝑꝑ vnuꝫ actuꝫ infidelitatis: sꝫ ꝑꝑ ꝯsuetudineꝫ q̄ ꝑtinaciā oñdit in qua infidelitas ꝑficitꝛ.

❡ Ad 4ᵐ dōm: ꝙ ēt ꝑꝑ vitiū ꝯ nām p̄t ꝓcedi ad diuortium: sed tn̄ nō fit ita mētio d ipo: tū qꝛ est passio inoīabilis: tū qꝛ rarꝰ accidit: tū qꝛ ñ ita cāt icertitudinem prolis. ad 4ᵐ

❡ Utrum vir teneatꝛ ex precepto vxorē fornicātē dimittere.

Articulus. ij.



Ad secundum ꝓᵐ. sic ꝓceditꝛ: vꝛ ꝙ vir teneatꝛ ex p̄cepto vxorem fornicanteꝫ dimittere: vir enim cum sit caput vxoris tenetur vxorē corrigere sed separatio a thoro est inducta ad correctionē vxoris fornicantis: ergo tenetꝛ eā a se separare.

2ᵐ ❡ P̄. q̄ consentit peccāti mortalr ipē ēt mōtalr peccat sed vir retinēs vxorē fornicātē cōsentire ei vꝛ: vt in lr̄a dr̄. ꝑ peccat nisi eam a se eijciat.

3ᵐ. ❡ P̄. 1. Cor. 6. dꝛ q̄ adheret meretrici vnuꝫ corpꝰ efficitur: sed non potest aliquis simul esse membrū meretricis ꝛ xp̄i vt ibidem dicitur. ꝑ vir vxori fornicanti adherens mēbrum xp̄i esse desinit mortaliter peccans.

4ᵐ ❡ P̄. sicut cognatō tollit viculū mr̄imonij: ita fornicatō separat a thoro: sed postꝗ vir nouerit ꝯsanguinitatem sui ad vxorē mortaliter peccat eam cognoscens carnaliter. ergo ꝛ si cogſcit vxorē postꝗ scit ipsaꝫ esse fornicatā: mortalr peccat.

Sꝫ ꝯtra ē qđ dic̄ glo. 1. Cor. 7. ꝙ dn̄s ꝑmisit cā fornicatōis vxorē dimittere: ꝑ nō 1 oppᵐ pᵗᵒ.

2m. ex pcepto. ¶ P. qlz pōt dimittere alteri quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccauit in virum: ergo vir potest ei pcere: vt nō dimittat eam.

Rn̄o pn cipalis vbi.s. ar. ij. **Rn̄deo** dōm: q dimissio vxoris fornicātis introducta est ad corrigendū vxoris crimē p talē penā: pena aūt corrigens non requiritur vbi emēdatio iam precessit: & iō si mulier d peccato peniteat: vir nō tenet eā dimittere: si aūt nō peniteat tenet ne peccato ꝯsentire videat dū correctionē debitam non apponit.

ad pm. **Ad primum** ergo dicēdū: q pcm̄ fornicationis in vxore pt corrigi: non tm̄ tali pena sed ēt verbis & verbere: & ideo si alias ad correctionem sit parata: non tenetur vir predictā penā ad ei9 correctionē adhibere

Ad 2m ¶ Ad 2m dōm: q tūc vir vxori ꝯsentire vr: qn̄ eā tenet nō cessantē a pcō preterito: si aūt emēdata fuerit: non ei ꝯsentit.

Ad 3m ¶ Ad 3m dōz. q ex quo de peccato fornicatiōis penituit meretrix dici non pōt: et ideo vir ei se coniūgendo membrū meretricis non fit. Uel dōm q nō

ad 4m côiungitur ei quasi meretrici: sed quasi vxori. ¶ Ad 4m dōz: q nō est simile. qr consanguinitas facit: vt non sit inter eos vinculum mrimoniale: & iō carnal' copula fit illicita: sed fornicatio non tollit vīculum pdcm̄: & iō actus remanet q̄tum est de se licit9: nisi per accidēs illicit9 fiat iq̄ttū vir ꝯsentire turpitudini vxoris videt.

Ad 5m ¶ Ad 5m dicendū: q pmissio illa est intelligēda p phibitionis puationē: & sic ꝯtra pceptū nō diuidit: qr ēt quod cadit sub precepto nō est phibitū

Ad 6m ¶ Ad 6m dōm: q vxor nō tm̄ peccat in virū: sed etiam in seipsā & i deum: & iō vir non totaliter potest penā dimittē nisi emēdatio seq̄t.

¶ Utrum vir pprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere.

Articulus. iij.

Ad tertiuz sic pcedit. vr q pprio iudicio vir vxorē fornicantem possit dimittere. Sniaz. n. a iudice latā absq3 alio iudicio exeq̄ l3: s3 de9 iudx iust9 dedit hāc sētētiam: vt pp fōnicatōez vir vxorē dittē possit. n̄ g reqrit ad h9 aliud iudiciū. pm.

¶ P. Mat. j. dr. q Joseph cū esset iustus cogitauit occlt e dimittere Mariā. g vr q occulte vir possit diuortiū celebrare absq3 iudicio. 2m.

¶ P. si vir post fornicationē vxoris cognitā debitum ei reddit: amittit actionē quā ꝯ fornicariā habebat: g denegatio debiti: q̄ ad diuortiū pertinet: debz ecce iudiciū pcedere. 3m.

¶ P. illd qd non pōt pbari non dz ad ecce iudicium adduci: sed fornicationis crimen non pōt pbari: quia occul l9 adulteri obseruat caliginē. vt dr Job. 25°. g nō dz iudicio ecclesie predictum diuortium fieri. 4m

¶ P. accusationē dz inscriptio pcedere q̄ aliqs se ad talionē obliget: si i pbatōe dficiat s3 h9 n̄ pt eē i ipa mā qr q̄lrcūq3 res iret vir ꝯseq̄retur itentū suum: siue ipse vxorē dimitteret siue vxor eū: g nō dz ad iudiciū ecce per accusationem adduci. 5m

¶ P. plus tenet hō vxori q̄ extraneo: sed homo crimen alterius etiam extranei nō dz ecce deferre nisi monitione pmissa i secreto. vt pz Mat. 19. g multo minus pt crimē vxoris ad eccam deferre. si eam pus occulte nō corripuerit. 6m

I oppm pm. **Sed côtra** nullus dz seipsum vidicare: s3 si vir vxorē fornicātē pprio arbitrio dimitteret: ipse se vindicaret: ergo hoc non dz fieri.

2m. ¶ P. nullus i eadē cā est actor & iudex: sed vir ē actor impetens vxorem de offēsa i se commissa: ergo ipse non pt esse iudex: et sic non debet pprio arbitrio dimittē.

Rn̄o pncip. **Respôdeo** dicendum: q vir

vbi.S.3 3. ꝓt vorē dimittē 2ᵒ. Uno° ꝗ͞m ad thoꝝ tm̄: ⁊ sic potest eā dimittere ꝗ̄ cito sibi constat de fornicatiōe vxoꝛ ꝓꝓo arbitrio: nec teneť red dere debitū exigenti nisi per eccle siam ꝯpellatur: ⁊ taliter reddens nullū p̄iudicium sibi facit. Alio° ꝗtū ad thorum ⁊ cohabitationē: et hoc modo non potest dimitti ni si iudicio ecclesie: ⁊ si alias dimis/ sa fuerit debet cogi ad cohabitan dū: nisi posset ei vir incontinenti fornicationem ꝓbare: hec autem dimissio diuoꝛtiū dicitur: ⁊ iō cō/ cedendū est ꝙ diuoꝛtiū nō potest celebrari nisi iudicio ecclesie.

Ad p͞m AD primum ꝗ dōm: ꝙ sen tentia est ap plicatio iuris cōis ad particularē factū: vnde deus ius ꝓmulgauit ꝺm ꝙ sententia in iudicio formari

Ad 2ᵐ debet. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ Joseph voluit ꝟginem dimittere non qua si suspectam de fornicatione: sꝫ ob reuerentiā sāctitatis eius timēs cohabitare ei: nec tamen est simile quia tunc ex adulterio non solū ꝓ cedebať ad diuoꝛtiū: sed vlterius ad lapidationem: nō autem quan do agiť iudicio ecclesie. ¶ Ad 3ᵐ

Ad 3ᵐ patet solulutio ex dictis. ¶ Ad

ad 4ᵐ. 4ᵐ dōm: ꝙ qñꝗ vir vxorē suspe/ ctam habens ei insidiatur: vt dep̄ hendere possit eam cum testibus i crimine fornicationis et sic potest ad accusationem ꝓcedere. Et pre terea si de facto ipso non constat possunt esse violente suspitiones fornicationis: quibus ꝓbatis vid tur fornicatio ꝓbata esse: vt si iue niať solus cum sola hoīs ⁊ locis

ad 5ᵐ. suspectis ⁊ nudus cū nuda. ¶ Ad 5ᵐ dōm: ꝙ maritus potest accusa re vxorem de adulterio. Uno mo/ do ad thori separationem corā iu dice spūali et tunc inscriptio non debet fieri cum oblīone ad legē ta lionis: qꝛ sic vir consequereť intē tum suum: vt ꝓbat obiectio.

¶ Alio modo ad punitionem cri minis in iudicio seculari: et sic o/ portꝫ ꝙ p̄cedat inscriptio per quā ad penā talionis se obliget. si in ꝓ batiōe deficiat. ¶ Ad 6ᵐ dicen/ ad 6ᵐ. dū: ꝙ sicut de cre. dr̄: trib⁹ modis in criminibus ꝓcedi potest. p̄mo ꝑ i quisitionē: quā dꝫ p̄cedere clamo sa insinuatio que locum accusatio nis tenet. 2° ꝑ accusationem: quā dꝫ precedere legitima inscriptio. 3° per denūciationē: quā debꝫ p̄/ cedere trina correctio. Uerbum ꝗ domini intelligitur quando agit per viā denūciationis: non qñ a/ git per viam accusationis: qꝛ tunc non agit solum ad correctionē de linquentis: sed ad punitionem ꝓ/ pter bonum commune conseruan/ dum quod iusticia deficiēte piret

¶ Utrum vir ⁊ vxoꝛ in causa di/ uoꝛtij possint ad paria iudicari.

Articulus. iiij.

AD quartum p͞m sic ꝓceďiť. vr̄ ꝙ vir ⁊ vxoꝛ non debeant in causa diuoꝛtij ad paria iudicari. Diuoꝛtiū. n. teneť in lege noua lo co repudij: qđ erat in lege veteri: vt pꝫ Mat. 5. sed in repudio vir et vxoꝛ nō inducabanť ad paria: qꝛ vir poterat repudiare vxorem: ⁊ ñ ecōuerso ꝗ non ďbent ad paria iu dicari. ¶ P̄. plus est ꝯtra legē na 2ᵐ ture ꝙ vxoꝛ plures viros habeat: ꝗ̄ ꝙ vir plures mulieres: vñ h° qñ ꝗ licuit: illud vero nūꝗ: ergo pl⁹ peccat mulier in adulterio ꝗ̄ vir: et ita non debent ad paria iudica ri. ¶ P̄. vbi est maius nocumentū 3ᵐ. ꝓximi: ibi est maius pc͞m: sed pl⁹ no cet vxoꝛ adultera viro ꝗ̄ vir adul ter vxori: qꝛ adulterium vxoris fa cit incertitudinē ꝓlis nō aūt adul teriū viri: ꝗ maius est pc͞m vxoris et sic non debent ad paria iudica/ ri. ¶ P̄. diuoꝛtium iduciť ad cri/ 4ᵐ men adulterij corrigendū: sed ma gis ptinet ad virum qui est caput mulieris: vt diciť. j. Coꝛin. ij. cōri

gere vxorē q̄ ecōuerso: ḡ nō debēt in repudio ad paria iudicari: sed vir debet esse melioris conditiōis

¶ opp^m primus Sz contra videtur q̄ in h^o vxor debeat eē melioris conditionis. Quia q̄to est maior fragilitas in peccāte: tā to magis est peccatū venia dignū. sed in mulieribus est maior fragi/ litas q̄ in viris: ratione cuius dic̄ Chry. q̄ ppria passio mulierum ē luxuria: ꝛ phūs dicit in .7. Ethi. q̄ mulieres non dn̄r ↄtinentes p/ prie loquendo pp facilem inclina= tionem ad cōcupiscentias: qꝛ nec bruta animalia possunt continere ppter hoc q̄ non habent aliqd qđ cencupiscentijs obuiare possit: er go mulieribus in pena diuortij d/ bēt mag; parci.

2^m. ¶ P̄. ponit̄ vir ca put mulieris vt ipsam corrigat: er go magis peccat q̄ mulier: et sic (debet magis pūiri.

Rn̄o pncipa. vbi. s. a .iiij. Rn̄deo dicendum: q̄ in cā di uortij vir ꝛ vxor ad paria iudican tur: v t idē sit licitū ꝛ illicituȝ vni quod alteri: non tamen pariter iu dicant̄ ad illa: qꝛ causa diuortij ē maior in vno q̄ in alio: cū tamen ī vtroq; sit sufficiēs causa ad diuor/ tium. Diuortiuȝ em̄ pena est adul terij: inq̄tū est cōtra matrimonij bona q̄tum ad bonū fidei: ad quā coniuges equaliter sibi inuicē te nentur. Tantum em̄ pcm̄ ē cōtra matrimoniū adulteriū vnius: sicͭ adulterium alterius: ꝛ hec causa in vtroq; sufficit ad diuortiū. Sed q̄tum ad bonū ꝓlis plus peccat adulterium vxoris q̄ viri: ꝛ ideo maior est cā diuortij in vxore q̄ ī in viro: ꝛ sic ad equalia: sed nō ex equali causa obligant̄: nec iniuste quia in vtroq; est cā sufficiens ad hanc penam: sicut est etiaȝ de duo bus: qui dānant̄ ad eiusdē mortis penā q̄uis ali^9 altero ꝑuius pec= (cauerit.

Ad p^m Ad primum ergo dicēdū: q̄ repudium non permittebat̄ ni= si ad euitādū homicidium: ꝛ quia in viris magis erat de hoc pericu lum q̄ in mulieribus: ideo viro ꝑ mittebatur dimittere vxorem: non autem econuerso per legem repu= dij. ¶ Ad 2^m ꝛ 3^m dōm: q̄ ratio= nes ille ꝓcedūt ſm q̄ in compara tiōe ad bonū ꝓlis maior sit causa diuortij in vxore adultera q̄ ī vi= ro: non tn̄ sequitur q̄ non iudicen tur ad paria: vt ex dict; pꝫ

Ad 2^m. ꝛ 3^m.

¶ Ad 4^m dicendū: q̄ q̄uis vir sit caput mulieris quasi gubernator: nō ta men quasi iudex ipsius sit nec ecō uerso ꝛ iō in eis q̄ per iudicium fa cienda sunt non plus p̄t vir ī vxo rem q̄ ecōuerso. ad 4^m

¶ Ad 5^m dōꝫ: q̄ in adulterio inuenitur de ratione pcī idē qđ ē in fornicatiōe simpli ci ꝛ adhuc pl^9 qđ magis grauat. s. mrīmōij lesionem. Si autem con= sideret̄ id qđ est cōe adulterio ꝛ fō nicationi pcm̄ viri ꝛ mulier; se ha bent vt excedentia et excessa: quia ī muliere est plus de humore: ꝛ iō sunt magis ducibiles a concupi= scentijs: sed in viro est plus de ca= lore qui concupiscentiam excitat: sed tamen simpliciter loquēdo ce teris paribus vir in simplici forni catione plus peccat q̄ mulier: qꝛ plus habet de ratiōis bono: quia preualet quibuslibet motibus cō/ poralium passionum. Sed quantū ad lesionem matrimonij quaȝ adl̄ terium fornicationi addit: ex qua diuortium causat plus peccat mu lier q̄ vir: vt ex dictis patet: et qꝛ hoc est graui^9 q̄ simplex fornica= tō: ideo simpliciter loquendo pl^9 peccat mulier adultera q̄ vir adl̄ ter ceteris paribus. ad 5^m.

¶ Ad 6^m di cendum: q̄ q̄uis regimen qđ dat̄ viro in mulierem sit quedam cir cūstantia aggrauās: tamē ex illa circūstantia q̄ in aliā spēm trahit magis aggrauatur peccatum: scꝫ ex lesione mrīmonij: qđ trahit ad speciem iniustitie in hoc q̄ furtiue aliena proles subintroducitur. Ad 6^m

¶ Utrum post diuortium viro alteri nubere possit. Ar. v.

p^m. 

Ad quintum sic procedit. Ui. q p^9 diuortium vir alteri nubere possit. Nullus. n. tenetur ad perpetuā continētiā: sed vir tenet in aliquo casu vxorem fornicantem a se imperpetuū separare: vt pz ex dictis: ergo vr q ad minus in tali casu alteram ducē possit.

2^m ¶ P. peccāti nō est dāda maior occasio peccādi: sz si ei q propter culpam fornicatiōis dimittit: nō lz aliā copulā querere: dat sibi maior occasio peccādi. nō. n. est probabile q qui in mrīmonio nō continuit q postea continere possit ergo vr q liceat ei ad aliā copulā trāsire.

3^m. ¶ P. vxor non tenet viro nisi ad debitū reddēdū et cohitatiōnē: sed per diuortiū ab vtroque absoluit: ergo soluta ē a lege viri ergo pōt alteri nubere: et eadē rō est de viro.

4^m ¶ P. Mat. 19. dr q dimiserit vxorem et aliam duxerit excepta causa fornicationis mechat: ergo vr q si cā fornicationis dimissa vxore aliam duxerit: nō mechet: et ita ē vex mrīm.

i opp^m p^m. Sz cōtra. 1. Cor. 7. precipio non ego: sed dn̄s vxorē a viro nō discedere q si discesserit manere innuptā.

2^m. ¶ P. nullus ex peccato debet reportare cōmodū: sz reportaret si liceret adultere ad aliud magis desideratum connubiū trāsire: et eēt occasio adulterandi volētibus alia matrimōia querere: ergo nō lz aliā copulā querere neque viro neque vxori.

Rn̄o prīncipalis. vbi. s. ar. 5. Rn̄deo dōm: q nihil adueniens. s. mrīmoniū potest ipsum dissoluē: et iō adulteriū non facit quin sit verū mrīmoniū. Manet enim: vt Augu. dicit inter viuentes coniugale vinculum qd nec separatio: nec cum aliquo iunctio potest auferre: et ideo nō licet vni altero viuente ad aliam copulam transire.

Ad p^m Ad pmū ergo dōm: q quāuis per se nullus obliget ad continētiā: tn̄ per accidēs pt eē q obliget sicut si vxor sua egritudinē incurabilē icurrat: et talē que carnalē copulā n̄ patiat: et sil'r etiā est si incorrigibil'r spūali infirmitate. s. fornicatiōe laboret.

Ad 2^m ¶ Ad 2^m dicendū: q ipsa confusio quā reportat a diuortio dz eā cohibere a pctō: qr si cohibere non potest min^9 malum ē q ipsa sola peccet quā q pcti vir ei^9 sit particeps.

Ad 3^m ¶ Ad 3^m dōz: q quāuis vxor post diuortiū nō teneat viro adultero ad debitū reddendū: et cohitandū: tn̄ adhuc manet vinculum matrimonij: ex q ad hoc tenebat: et iō nō pōt ad aliam copulam transire viro viuente potest tamē continētiā vouere viro inuito nisi videatur ecclesia decepta fuisse per falsos testes sentētiādo de diuortio: qr in tali casu: etiā si votū pfessionis emisisset: restitueret viro: et teneretur reddere debitum sed non liceret ei exigere.

ad 4^m ¶ Ad 4^m dōm: q exceptio illa que est i vbis dn̄i refert ad dimissionē vxoris: et ideo obiectio ex falso intellectu procedit.

¶ Utrū post diuortiū vir et vxor possint reconciliare. Ar. vi.

p^m 

Ad sextum sic procedit. vr q post diuortiū vir et vxor n̄ possint reconciliari. Regula. n. est in iure: qd semel diffinitum est nulla debet iteratione retractari: sed iudicio ecclesie diffinitum est q debent sperari: ergo nō pn̄t recōciliari vlterius.

2^m. ¶ P. si posset esse reconciliatio precipue videretur q post penitentiam vxoris vir teneatur eam recipere: sed non tenetur: qr etiam vxor non potest pro exceptione proponere in iudicio suam penitentiam contra virum accusantem de fornicatiōe. ergo nullo mō potest fieri reconciliatio.

3m ¶ P.si posset eē reconiliatio vr q vxor adultera teneretur redire ad virum ipsam reuocantem: sʒ nō tenetur: qꝛ iā sepati sūt iudicio eccᵉ.
quartū. ergo ⁊c. ¶ P.si liceret recōciliare vxorē adulterā in illo casu pcipue deberet fieri qn̄ vir post diuortiuʒ inuenitur adulteriū ꝯmittere: sed in hoc casu vxor nō potest cogere eum ad recōciliationē: cuʒ iuste sit diuortiū celebratū. ergo nullo mō pōt
¶ Preterea. afflictio corporis est minor quam afflictio mentis: que est per dolores et interiores anime passiōes: sed interior passio quoddam etiam martyrium est: vnde dicit Hiero. in sermone de assumptione. Recte dixerim dei genitrix virgo et martyr fuit: quamuis in pace vitam finierit: vnde tuam ipsius animam pertransibit gladius. s. dolor de morte filij: cum ergo interiori dolori aureola non responderit: nec exteriori respondere debet. 4m

¶ Preterea. penitentia martyrium quoddam est: vnde dicit Grego. Quāuis occasio persecutionis desit: habet tamen pax nostra martyrium suum: quia et si carnis colla ferro non subijcimus: spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus. penitentie autem que in exterioribus operibus consistit aureola non debetur: ergo nec etiam omni exteriori martyrio debetur aureola. 5m

¶ Preterea. illicito operi nō debetur aureola: sed illicitum est sibi ipsi manus inijcere: vt patet per Augustinum in primo lib. de ciui. dei. et tamen quorundam martyria in ecclesia celebrata sunt: qui sibi manus iniecerunt tyrannorum rabiem fugientes: vt patet i ecclesiastica hystoria de quibusdam mulieribus apud Alexandriam: ergo nō semper martyrio debetur aureola 6m

¶ Preterea. contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari et postmodum aliquo tempore superuiuere: hunc constat martyrem eē et tamen ei aureola non debetur: quia eius pugna nō durauit vsque ad mortem: ergo non semper marty- 7m.

8m. rio debetur aureola. ¶ Preterea quidam magis affligũtur in amis/sione rerum temporalium ꝙ etiaz in proprij corporis afflictione: qḋ patet ex hoc ꝙ multas afflictiões sustinent ad lucra acquirẽda: si ergo eis propter christum temporalia bona diripiant: videtur ꝙ sint martyres: nec tamẽ eis vt videtur debetur aureola: ergo vt prius.

9m. ¶ P̄. martyr videtur esse tantum ille qui pro fide occiditur: vnde dicit Isido. Martyres grece testes latine dicũtur: quia propter testimoniuz christi passiones sustinuerunt: ⁊ vsq; ad mortem pro veritate certauerunt: sed alique alie virtutes sunt fide excellẽtiores: vt iusticia. charitas: ⁊ huiusmodi: que sine gratia esse non possunt: quibus tamen non debetur aureola: ergo videtur ꝙ nec martyrio aureola debeatur.

10m ¶ Preterea sicut veritas fidei est a deo ita ⁊ quelibet alia veritas vt dicit Ambros. Quod omne veruz a quocunq; dicatur a spiritu sancto est: ergo sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola: eadem ratione ⁊ sustinẽtibus mortem pro alia qualibet veritate: quod tamen non debetur.

11m. ¶ Preterea. bonum commune est potius bono particulari sed si aliquis pro cõseruatione rei publice moriatur i bello iusto: nõ debetur ei aureola. ergo etiã si occidatur pro conseruatione fidei in

12m seipso: ⁊ sic idem quod prius. ¶ P̄. omne meritum ex libero arbitrio procedit: sed quorumdam martyria celebrat ecclesia: qui vsum liberi arbitrij non habuerũt. ergo aureolam non meruerunt: et sic in omnibus martyribus nõ debetur aureola.

I oppm pm. Contra Augustinus dicit i libro de sãcta virginitate. Nemo ꝗtum puto ausus fuit preferre virginitatem martyrio: sed virginitati debetur aureola. ergo et martyrio. ¶ Preterea 2m. corona debetur certãti: sed in martyrio est spãlis difficultas pugne. ergo ei debetur spãlis aureola.

Respondeo dicendum: ꝙ sicut inest quedã pugna spiritui contra interiores concupiscentias: ita etiaz inest homini quedam pugna contra passiones exteriꝰ illatas: vnde sicut perfectissime victorie: qua de concupiscentijs carnis triumphatur. s. virginitati debetur specialis corona que aureola dicitur ita etiam pfectissime victorie: que habetur de impugnatione exteriori: debetur aureola: pfectissima autem victoria de exterioribus passionibꝰ cõsideratur ex duobꝰ. Primo ex magnitudine passionis: inter omnes autem passiones illatas exterius ꝑpie mors locum tenet: sicut ⁊ in passiõibus interioribus precipue sunt venereorũ ꝯcupiscentie: ⁊ iõ quando quis obtinet victoriaz de morte ⁊ ordinatis ad mortem perfectissime vincit. Secundo perfectio victorie consideratur ex causa pugne: quando videlicet ex honestissima causa pugnatur: que. s. est christus: ⁊ hec duo in martyrio ꝯsiderantur: ꝙ est mors suscepta propter christum: martyrem vero non facit pena: sed causa: ⁊ iõ martyrio aureola debetur: sicut ⁊ ṽginitati. Rñº principalis. vbi. s. q. 2.

Ad primũ ergo dicendũ: ꝙ sustinere mortez propter christum quantum est de se: est opus supererogatiõis: non eñ quilz tenetur fidem suam corã persecutore cõfiteri: sz in casu ẽ de necessitate salutis: qñ. s. a persecutore deprehẽsus de fide sua requiritur: quam ꝯfiteri tenetur: nec tñ sequitur ꝙ aureolã non mereatur Aureola eñ non debet operi supererogationis: inꝗtum est supererogatio: sed inꝗtum pfectionem ꝗ/ Ad pm

dam hz: vnde tali pfectione manē te: et si ñ sit supererogatio aureo= laz aliquis meretur. ¶ Ad 2m dicendum: q martyrio non debetur aliquod premium. sm hoc q ab exteriori infigit: sed sm hoc q voluntarie sustinetur: q2 nō meremur nisi per ea que sunt in nobis: ꝛ q̄to id quod aliquis sustinet voluntarie est difficilius: ꝛ magis natū voluntati repugnare: tanto volun= tas: que ꝑpter xp̄m illud sustinet: ostendit firmius fixa in xp̄o: ꝛ iō et excellentius p̄mium debet.

Ad 2m

ad 3m. ¶ Ad 3m dicendū: q quidam act9 sunt qui in ipso actu habent q̄dā vehementiam delectationis vl' difficultatis: ꝛ in talibus. actus semp addit ad rationem meriti vl' dmeriti: sm q in actu oz voluntatē variari ex vehementia actus a statu in quo p̄us erat: ꝛ ideo ceteris paribus actu luxuriā exercens plus peccat: q̄ qui solum in actum consentit: quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter ꝛ cum act9 martyrij maximam difficultatem hēat volūtas tamen martyrij non pertingit ad illud meritum: qđ actui martyrij debetur: ratione difficultatis: q̄uis etiam possit peruenire ad alterius premiū: cōsiderata radice merēdi: quia aliqs ex maiori charitate potest velle sustinere martyrium q̄ alius sustineat. Vñ voluntarie martyr potest mereri sua voluntate premium essentiale eq̄le vel maius eo quod martyri debetur: sed aureola debet difficultati: que est in ipsa pugna marty= rij: vnde aureola voluntarie tātū

ad 4m martyribus non debetur. ¶ Ad 4m dōm: q sicut delectationes tactus: circa quas est temperantia: precipuum locum tenent inter omnes delectationes interiores ꝛ exteriores: ita dolores tactus omnibus alijs doloribus preeminent: ꝛ ideo difficultati illi que accidit i sustinendo dolores tactus: puta q̄ sunt in verberibus: ꝛ huiusmodi: debetur aureola magis q̄ difficultati sustinendi interiores dolores pro quibus tamen non proprie dr aliquis: martyr nisi scđm q̄dam similitudinem: et hoc modo Hiero. loquitur. ¶ Ad quintum dōz: q afflictio pnie propeloq̄ndo ñ est martyriū: q2 ñ consistit in his que ad mortem inferendam ordinātur cum ordinetur solum ad carnem domandam: quam mēsuram si qđ excedat: erit afflictio culpanda. Dicitur tamen propter similitudinem afflictionis martyrium: que quidem afflictio excedit martyrij afflictionem diuturnitate: sed ex= ceditur intensione. ¶ Ad 6m dicendum: q secundum Augu. in p̄= mo de ciuitate dei. Nulli licitū est sibi ipsi manus inijcere quacūq3 ex causa nisi forte diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudīs extendendum: vt mors contemnatur: illi autem de quibus obiectum est: diuino instinctu mortem sibi intulisse credūtur: et propter hoc eoꝝ martyria ecclesia celebrat. ¶ Ad septimum dicendum: q si aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat et superuiuat: non est dubium q aureolam meretur: sicut de beata Cecilia patet: que triduo superuixit: ꝛ de multis martyribus qui in carcere sunt defuncti: sed etiam si vulnus non mortale accipiat: et tamen exinde mortem incurrat: creditur aureolam mereri q̄= uis quidam dicant q aureolā nō meretur si ex incuria vel negligē= tia ꝑpriam mortem quis incurrat non enim ista negligentia eum ad mortem induxisset: nisi presuppo= sito vulnere: quod pro fide acceptum est: et ita vulnus quod ꝑ fide acceperat est p̄ma occasio mortis: vnde ꝑpter hoc aureolam non videtur amittere: nisi sit talis negligentia que culpam mortalem iducat: que ei auream aufert et aureo

Ad 5m

ad 6m.

ad 7m.

lam: si vero ex mortali vulnere su/ scepto nō moriatur aliquo casu cō tingente: vel etiam vulnera nō mō talia susceperat: et adhuc carceres sustinens moriatur. adhuc aureo- lam meretur. Unde quorundā sā- ctorum martyria in ecclesia cele- brantur: qui in carcere mortui sūt aliquibus vulneribus longe ante susceptis: sicut patet d Marcello papa. Qualiscunqꝫ igitur afflictō propter christum illata vsqꝫ ad mō tem continuatur: siue mors inde se quatur: siue nō: aliquis martyr ef- ficitur: et aureolam meretur. si ve- ro non continuatur vsqꝫ ad mortē nō propter hoc aliquis diceretur martyr: sicut patet de siluestro: de quo non solemnizat ecclesia: sicut de martyre: quia in pace vitam fi- niuit: q̄uis prius aliquas passio- nes sustinuerit.

ad 8m. ¶ Ad octauū di- cendum: q sicut temperantia non est circa delectationes in pecuni/ is: vel in honoribus et huiusmodi sed solum in delectationibus ta/ ctus quasi precipuis: et ita etiam fortitudo est circa pericula mortꝭ sicut circa precipua: vt dicitur in 3. Ethico. Et ideo soli iniurie que irrogatur circa corpus ꝓprium: ex qua nata ē mors sequi debetur aureola. Siue etiam aliquis pro- pter christuꝫ res temporales: siue famam: vel quicquid huiusmodi a mittat: non efficitur propter hoc proprie martyr: nec meretur aure olam. Nec aliquis potest ordinate res exteriores plus diligere q̄ ꝓ- prium corpus: amor. s. inordiatus non coadiuuat ad meritum aureo le. nec etiam potest dolor de amis- sione rerum coequari dolori de cō poris occisione: et aliis huiusmōi

ad 9m. ¶ Ad 9m dicendum: q causa suf ficiens ad martyrium: non solum est confessio fidei: sed quecunqꝫ a- lia ꝟtus non politica: sed infusa: q̄ finem habeat christum. Quolibet enim actu ꝟtutis quis testis chri- sti efficitur: inq̄tum opera que in nobis christus perficit: testimōia bonitatis ipsius sunt. Unde alique ꝟgines sunt occise pro virginitate quam seruare volebant: sicut bea- ta Agnes: et quedam alie quaruꝫ martyria in ecclesia celebrantur.

¶ Ad 10m dicendū: q veritas fi/ dei habet christum ꝓ fine et ꝓ ob- iecto. Et ideo confessio ipsius au/ reolam meretur si pena addatur: ñ solū ex pte finis: sꝫ ēt ex pte ma terie. Sed cōfessio cuiuscunqꝫ alte rius veritatis non est causa suffici ens ad martyriū ratione materie sed solum ratione finis: vtpote si aliquis vellet pri9 occidi q̄ quod cunqꝫ mendacium dicendo contra ipsum peccare. ad 10m.

¶ Ad 11m dicendū q bonum increatum excedit bonū omne creatum: vnde quicunqꝫ fi- nis creatus siue sit bonum commu ne siue ꝑuatum: non potest actui tantam bonitatem prestare q̄tam finis increatus: cū. s. aliquid pp de um agitur: ideo cum quis propter b onum commune nō relatum ad xp̄ꝫ mortē susti et aureolā nō mere tur: sꝫ si h9 referat ad xp̄ꝫ aureolā merebitur: et martyr erit: vtpote si rempub. defendat ab hostium im/ pugnatione: qui fidem christi cor/ rumpere moliuntur: et in tali de- fensione mortem sustineat. ad 11m.

¶ Ad 12m dicendum: q quidam dicunt q i inocentibus occisis pro xp̄o ꝟ tute diuina acceleratus est vsus rationis: sicut et in Joanne bapti sta: dum adhuc esset in materno v- tero: et secundum hoc vere marty res fuerunt: et actu et voluntate: et aureolam habent. Sed alii dicunt q fuerunt martyres actu tantum: et non voluntate: quod vꝫ sentire Ber. distinguens tria genera mar tyrum: vt dictum est: et secundum hoc innocentes sic non pertingūt ad perfectaꝫ rationem martyriū: sꝫ aliquid martyriū habent ex hoc q passi sunt ꝓ xp̄o: ita etiam et aure ad 12m

olam habent non quidem sm per fectam rationē: sed sm aliq̄ participationem: inq̄tū. s. gaudent se i obsequiū xp̄i occisos esse: vt dictū est de pueris baptizatis. q̄ habebunt aliquod gaudium de innocētia et carnis integritate.

¶ Utrū doctorib⁹ aureola debeatur. Articu. vij.

primus  D septimum sic pceditur. Videtur q̄ doctoribus aureola non debeatur. Omne em̄ premiū qd in futuro habebit alicui actui v̄tutis respondet: sz p̄dicare vel docere non est actus alicuius v̄tutis. ḡ doctrine vel predicatiōi nō debet aureola. ¶ p̄. Do

2m. cere z p̄dicare ex studio doctrine pueniunt: sed ea que premiant in futuro non sunt acquisita per hūanū studiū: quia naturalibus z acq̄sitis non meremur. ḡ p doctrina z predicatione nullus in futuro aureolam pmerebitur. ¶ p̄. exalta


3m. tio in futuro respondet humilitati in presenti: quia qui se humiliat exaltabit: sed in docendo z in p̄dicando non est humiliatio: imo magis superbie occasio: vnde glo. dt Mat. 4. q̄ diabolus multos decepit honore magisterij inflatos. ergo videtur q̄ predicationi z doctrine aureola non debeatur.

I oppm. Sz cōtra Ephe. j. super illd Ut sciatz que sit supereminens zc. dt glo. quoddā incrementum hēbunt sācti doctores vltra id qd alij communiter habebunt. ḡ zc. Et preterea Can. 4. super illud. Vinea mea coram me ē: dicit Glo. oñdit quid singularis p̄mij doctorib⁹ eius disponit. ḡ doctores habebunt singulare p̄miū et hoc vocamus aureolam.

Rñº p̄ncipalis vbi. s̄. q. iij. Respondeo dōm: q̄ sicut p martyriū z virgītatē aliquis perfectissimā victoriam obtinet de carne z mūdo: ita etiā pfectissima victoria z diabolū obtinet quando aliqs non solū diabolo ipugnanti non cedit: sz ēt expellit eū: z non solū a se: sed etiā ab alijs: hoc autem fit p predicatōnem z doctrinā: z ideo predicatōni z doctrine aureola debet z virginitati z martyrio. Nec est dōm: vt quidam dicunt q̄ debeat tantū p̄latis q̄bus competit ex offō predicare z docere: sed quibuscunq̄ qui licite hunc actū exercent. Prelatis āt non debet q̄uis habeant off. ū predicandi nisi actu p̄dicēt: q: corona non debetur habitui: sz pugne actuali: sm illud. 2. Thi. 2. Nō coronabitur nisi qui legitime (certauerit

Ad p̄m Ad primum ḡ dicendū: q̄ p̄dicare z docere sunt actus alicui⁹ v̄tutis. s. mīe: vnde z inter spūales elemosynas cōputātur. ¶ Ad 2m Ad 2m dicendū: q̄ q̄uis facultas p̄dicādi z docēdi q̄nq̄z ex studio pueniat: tñ vsus doctrine ex volūtate pcedit: q̄ p charitatē informat a deo infusaz: z sic act⁹ eius meritori⁹ eē pōt. ¶ Ad 3m dōz: q̄ exaltatio in ad 3m. hac vita nō diminuit alteri⁹ vite p̄miuz nisi ei q̄ in tali vita ppriam gloriaz q̄rit. Qui aūt talē exaltationem in vtilitatē alioz cōuertit ex ea sibi mercedē acq̄rit. Cuz aūt dr̄ q̄ doctrine debet aureola: itelligēdum est de doctrinis ptinētibus ad salutē: p q̄s diabolus a cordib⁹ hoīum expugnat: sic q̄busdā spūalib⁹ armis: de q̄bus dr̄. 2. Cor. 10. Arma militie nr̄e nō sunt carnalia sed spiritualia.

¶ Utrū christo aureola debeatur Articu. viij.

primus  D octauum sic pcedit. Videtur q̄ christo aureola debeatur. Debetur em̄ aureola virginitati z martyrio: z doctrine: sed in xp̄o hec p̄cipue fuerūt. ḡ ipsi precipue aureola competit. ¶ p̄. oīne 2m

quod est pfectissimum in reb⁹ hūanis xp̄o est attribuendū. sed pmiū aureole debet excellētissis meritis 3m. ergo et xp̄o debet. ¶ P. Cyprian⁹ dt q imaginem dei virginitas portat virginitatis igitur exemplar ī do est: et sic videt q xp̄o ēt inq̄tū est deus aureola competat.

f opp^m p^m. **Sed cōtra** est q aureola est gaudium de cōformitate ad xp̄m: vt dr: sed null⁹ conformat vl' assimilat sibiipsi. vt patet per philosophum. ergo xp̄o aureola non debet. ¶ P. xp̄i p̄mium nunq̄ augmentat: sed xp̄s ab istāti sue conceptionis non habuit aureolam: qr tunc nunq̄ pugnauerat ergo nunq̄ postea aureolā hūit.

Rñ° pn cipalis, vbi.s.ā .iiij.q.j. **Rñdeo** dōm: q circa hoc ē duplex opinio. Quidaz dicūt q in xp̄o est aureola bm p̄priam aureole rationem: cū in eo pugna inueniat et victoria: et per cōsequens corona bm p̄priam rationē. Sed diligenter cōsiderando q̄uis xp̄o cōpetat ratōe auree vel corōe non tamen ei cōpetit ratio aureole. Aureola eñ ex hoc q diminutiue dicitur importat aliquid quod pticipatiue: et nūq̄ bm sui plenitudinē possidetur. Unde illis cōpetit aureolā habere: in quibus est aliqua perfectionis victorie participatio bm imitationē eius: in q̄ pfecte victorie ratio plena consistit et ideo cum in xp̄o inueniatur huiusmodi principalis et plena ratio p cuius victoriam oēs victores cōstituuntur. vt patet Jo.16. Confidite ego vici mundū. et Apoc.5. Ecce vicit Leo d tribu Juda: xp̄o non cōpetit aureolam habere: sed aliquid aliud vnde omnes aureole originant: vnde dicitur Apoc.3 Qui vicerit faciam eum sedere in throno meo: sicut ego vici et sedeo in throno patris mei. Unde bm alios dicendū est: q q̄uis id quod est in xp̄o nō hēat rōnem aureole: tamen est excellentius oī aureola.

Ad p^m **Ad primum** ergo dicendū q xp̄s fuit verissime virgo: martyr et doctor: sed cum premium accidentale his rñdens in xp̄o non hz aliq̄ notabilē q̄titatē in comparatione ad magnitudinē essentialis premij: vnde non habet aureolā sub rōne aureole. ¶ Ad 2^m dōz: q aureola q̄uis debeatur operi perfectissimo q̄ ad nos: tamen aureola: inq̄tum diminutiue dr: siḡt q̄dā participationem perfectionis ab aliquo in quo plenarie inuenit: et bz hoc ad q̄dā minorationē pertinet. et sic in xp̄o non inuenit: in quo omnis perfectio plenissime inuenitur. ¶ Ad 3^m dōm: q q̄uis virginitas habeat aliquo modo exemplar in deo: non tamen habet exemplar vnius ratōnis. Incorruptio eñ dei quam v̄ginitas imitat: non eadē ratione est in deo et in aliquo virgine. Ad 2^m Ad 3^m

¶ Utrū angelis aureola debeat.

Articu.ix.

primus **AD nonum** sic p̄ceditur. Uidetur q angel' aureola debeat. Qr vt dicit Hiero. de virginitate loquens. In carne p̄ter carnem viuere poti⁹ est vita angelica q̄ hūa^a. et .j. Corin. septimo dicit Glo. quia virginitas est portio angelica: cū igitur v̄ginitati respondeat aureola: videtur q angelis debeatur. ¶ P. nobilior est incorruptio spiritus q̄ incorruptio carnis: sed in angelis inuenitur incorruptio spiritus: quia nunq̄ peccauerunt. ergo eis magis debetur aureola q̄ hominibus incorruptis carne qui aliquando peccauerunt. ¶ P. doctrine debetur aureola: sed angeli nos docent purgando: illuminando: et perficiendo: vt Diony. dicit. ergo eis debetur aureola saltem doctorum. 2^m 3^m

f opp^m primus **Sed ɔtra** 2. Thimo.2. Non coronabitur nisi q

legitime certauerit: sz in angelis
2m nō est pugna. ergo eis aureola nō debetur. ¶ Preterea. Aureola non debetur actui qui per corpus non exercetur: vñ amātibus virginitatē: martyrium: et doctrinā: si exterius eis hec non insunt: aureola non debetur: sed angeli sunt spiritus incorporei. ergo aureolam non habent.

Rñsio. vbi. s. pncip. q. 2. **Rñdeo** dicendum: quod āgelis aureola non debetur cuius rō est quia aureola respōdet cuilibet perfectiōi excellenti in merito: ea vero que i hoībus ad perfectionē meriti ptinent: angelis sunt cnālia: vel etiam spectant ad cōmunez statum eorum: aut etiam ad ipsum pmium: et ideo ratione eorum qua hominibus aureola debetur: angeli non habent aureolam.

Ad pm **Ad primum** ergo dicendum: quod virginitas dicitur esse vita angelica: inquantum per gratiaz virgines imitantur id quod angeli habent per naturaz. Non. n. virtutis est i angelis quod oīo a delectabilibus carnis abstinent: cū hmōi delectatiōes in eis eē nō possint.

Ad 2m ¶ Ad 2m dicendum: quod perpetua incorruptio spūs in angelis pmiū essentiale meretur: est. n. de necessitate salutis: cum in eis non possit subsequi reparatio post ruinam.

Ad 3m ¶ Ad 3m dicendum: quod illi actus sm quod angeli nos docent pertinēt ad gloriam eorum et cōem eorum status. vnde per huiusmodi actus aureolam non merentur.

¶ Utrū aureola etiaz corpori debeatur. Ar. x.

primus D decimū sic pcedit. Uidetur quod aureola ēt corpi debeatur. Premium. n. eēntiale ē potius quam accñtale: sed dos q ad pmium essentiale pertinet non solū est i aia: sz ēt in corpe: ergo et aureola que
2m ptinet ad pmiū accidentale. ¶ Preterea. pctō qd p corpus exercetur rñdet pena in anima et cōpore: ergo et merito quod exercetur per corpus debetur premiuz et in anima et in corpore: sed meritum aureole p corpus exercetur: ergo aureola etiā debetur corpi. ¶ Preterea. in corpibus marty- 3m rum quedam virtus apparebit in ipis cicatricibus corpis. Unde Au. dic. 22. de ci. dei. Nescio quō sic afficiamur amore martyrum beatorū: vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices quas pro xpi nomine ptulerunt: et fortasse videbimus. Nō enim erit deformitas in eis: sed dignitas quedam: quauis in corpore non corporis sed virtutis pulchritudo fulgebit: ergo videtur quod aureola martyrum etiam in corpore sit: et eadem ratione de aliis.

Sz ctra anime que sunt in paradiso hñt aureolas nec tamen habēt corpa: ergo propium subiectum aureole non est cōpus sz aia. ¶ Preterea. oē meritū ē ab aia: ergo premium totum in anima eē debet. I opp pm 2m.

Rñdeo dicendum: quod aureola proprie est in mente. Est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. Sed sic ex gaudio essentialis pmii: quod ē aurea: redundat quidam decor in corpore: qui est gloria corporis: ita ex gaudio aureole resultat aliquis decor in corpore: vt sic aureola principaliter sit in mēte: sed per quandam etiam redundantiam refulgeat in corpore vel in carne. Et per hoc patz rñsio ad obiecta. Tamē sciendū ē quod decor cicatricum: que in corporibus martyrum apparebunt nō potest dici aureola: quia aliqui martyres aureolam habebūt in quibus hmōi cicatrices nō erunt vtpote illi qui sunt submersi aut famis iedia aut squalore carceris interempti. Rñsio pncip. vbi. s. q. 3.

¶ Utrū conuenienter assignētur tres aureole virginum martyrum et predicatorum. Arti. xi

primus d vndecimum sic proceditur. Videtur q inconuenienter desi gnentur tres aureole pro giuum .s. martyrū et predicatorum. Aureola .n. martyrū rñdet virtuti fortitudis eorum: aureola vero virginū virtuti tēperātie: aureola vero doctorum virtuti prudētie: ergo vr q dēat esse qrta aureola que rñdeat
2m. virtuti iustitie. ¶ p Exo. 25. dic Glo. q corona aurea addit cum p euāgeliū his q mādata custodiūt vita eterna pmittit. Mat. 19. Si vis ad vitā igredi serua mādata. huic aureola supponit: cū dr. Si vis pfect9 eē vade et vēde oia que hēs et da paupib9 ergo paupertati debet aureola. ¶ p. pp votū obediē
3m. tie aliqs se subijcit deo totalr: ergo in voto obediētie maxia pfectio pstit: et ita vr q ei aureola dēatur.
4m ¶ p. multa sunt et alia superoga tiōis opa: de qb9 hō in futuro spāle gaudiū hēbit: ergo multe sunt alie
5m aureole pter tres pfatas. ¶ p. sic aliquis diuulgat fidem pdicādo et docendo ita scripta cōpilando: ergo et talibus qrta aureola debet.

Rño pncip. vbi.s.ā 5.q.j. **Rñdeo** dicendum: q aureola ē qdam puilegiatum premium puilegiate victorie rñdens Et ideo sm puilegiatas victorias in tribus pugnis: que cuilz homini imminent: tres aureole sumunt ¶ In pugna enim que est contra carnem: ille potissimā victoriam obtinet: qui a delectabilib9 venereis: que sunt precipua in hoc genere: oio abstinet: et ideo virginitati aureola debetur. ¶ In pugna vero qua contra mundum pugnatur: illa est precipua: cum a mundo persecutionē vsq ad mortem sustinemus. Unde et martyrib9 qui i ista pugna victoriam obtinent secūda aureola debetur. ¶ In pugna: q contra diabolum pugnat: illa est pcipua victoria: cum aliquis hostē non solū a se sed a cordibus aliorum remouet: quod fit per doctrinā et predicationem: et ideo doctoribus et predicatoribus tertia aureola dbet. Quidam pro distiguūt tres aureolas sm tres vires anime: vt dicant tres aureole respōdere potissimis triū virium anime actib9 Potissimus enim actus rational est veritatē fidei etiam in alijs diffundere: et huic actui debetur doctorum aureola. irascibilis vero act9 potissimus est mortē pp xpm superare: et huic debet aureola martyrū: cōcupiscibil etiam actus potissim9 est a delectabilib9 carnis maximis abstinere penitus: et huic debetur aureola virginum. Alij vero aureolas tres distinguūt: sz ea a quib9 xpo nobilissime confōmāmur. Ipse eni mediator fuit inter patrem et mūdū. Fuit ergo doctor: sz q veritatē quā a patre acceperat mundo manifestauit. Fuit autem martyr sm q a mundo persecutionem sustinuit. Fuit vero pergo inqtum puritatem in seipso suauit. Et ideo doctores: martyres et virgines ei perfectissime conformantur: vnde talibus debet aureola.

Ad primū ergo dicendum q i actu iustitie nō attendit aliqua pugna sicut i actibus aliorum virtutum. Nec tamē verum est q docere sit actus prudentie: immo est potius actus charitatis vel misericordie: sm q ex tali habitu inclinamur ad huiusmodi actus exercitium: vel etiam sapiētie vt dirigentis. Vel potest dici sm alios: q iustitia circuit omnes virtutes: et ideo ei specialiter aureola non debetur. ¶ Ad 2m dicendum: Ad 2m 3m. et 4m.
q paupertas quis sit opus perfectionis: non tamen tenet summum locum in aliqua spūali pugna. Quia amor temporaliū minus impugnat q concupiscentia carnis: vel psecutio inflicta in corpus pprium. Unde paupertati non debetur

aureola: sed debet ei iudiciaria po testas rõne humiliationis: que cõ sequit paupertatē. Glo. at iducta large accipit aureolā p quolibet pmio qd reddit merito excellenti. ¶ Et similiter dicendū ad tertiū et quartū. ¶ Ad 5m dōm: q etiaz
Ad 5m scribentibus sacrā scripturam de bet aureola: sed hec non distingui tur ab aureola doctoꝝ: qz scripta componere qdā modus docēdi ē.

¶ Utrū aureola vginū sit potissi ma inter alias. Articu. xij.

primuz AD duodecimū sic p cedit. Videt q aureo la vginum sit inter ali as potissima. Qz apoc. 7. de vgi nibus dr: q sequūtur agnū qcun qz ierit: et q nēo poterat dicere cā ticū: qd vgines cantabāt: g vgies habent excellentiorem aureolam.
2m. ¶ P. Cyprianus dic q sit illustri or portio gregis xpi ig eis maior aureola debet.
3m. ¶ Itē videt q po tissima sit aureola martyꝝ. Quia dicit Aymo: q nō oēs vgines cō iugatas pcedūt: sed hi specialiter qui in tormento passionis vginita tate insuper custodita coequātur martyribus ꝯiugatis g martyriū dat vginitati peminentiam super alios stat9. g martyris potior au reola debet.
4m ¶ Item vr q potissi ma debeatur doctoribus j. Thi. v Qui bene presunt presbyteri: du plici honore digni habeant: maxi me autem qui laborant verbo et do ctrina. ergo in ecclesia triumphan te talibus potior aureola debetur

Rñº pn cipalis, vbi. s. q .ij. Rñdeo dōm: q peminētia au reole ad aureolā pōt dupl'r ꝯsiderari vel attendi. ¶ Pº ex parte pugne: vt dicatur aureo la potior que fortiori pugne debe tur: et per hunc modū aureola mā tyꝝ alijs aureol' supereminet quo dāmō et aureola vginū. Aliomo do pugna martyꝝ est fortior sm seipsam et vehementius affligens sed pugna carnis est periculosior inqtum est diuturnior: et magis no bis eminet e vicino. ¶ 2º ex parte eoꝝ de quibus est pugna et sic au reola doctorū inter omnes est po tior: qz huiusmodi pugna vsatur circa intelligibilia: alie vo pugne circa sensibiles passiões. Sed illa eminentia q attendit ex parte pu gne est aureole essentialior: qz au reola sm ppam rōnem respicit vi ctoriā et pugnā Difficultas enī pu gne attendit ex parte ipsi9 pugne inqtū est nobis vicinior: et iō sim pliciter loquendo aureola marty rū inter omnes est potior. Et ido dicitur Mat. 5. in glo. q in. 8. bti tudine: que ad martyres ptinet. s. qui persecutionē patiunt etc. oēs alie perficiunt: et ppter hoc etiam ecclesia in cōnumeratione sancto rū martyres doctorib9 et vginib9 preordinat: sed qtum ad aliquid nichil prohibet alias aureolas excellores esse. ¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶ Utrum vnus alio aureolam ex cellentius habeat. Articu. xiij

AD tertium decimum sic pceditur Videtur q vnus aure olam virginitatis vel matyrū vel doctoris excellentius alio nō ha beat. Quia ea que sunt in termio non intenduntur et remittuntur: aureola non debetur operibus q sunt in termino perfectionis. ergo aureola non intēditur neqz remit titur. primuz
¶ P. virginitas nō suscipit magis et minus: cum importet p uationem qdam et negationes nō intendant nec remittantur. g nec premiū vginitatis. s. aureola vir ginum intenditur et remittitur. 2m

Sz contra Aureola sup ponitur auree. aurea est intensior in vno qz in alio ergo et aureola. 1 oppm.

Rn̄o p̄ncipalis vbi.s̄.q.iij. Rn̄deo dōm: q̄ cū meritū sit quodāmodo p̄mij cā oportet diuersificari p̄mia: secundum q̄ merita diuersificantur: aliquid enim intenditur ꝛ remittitur per intensionem ꝛ remissionem sue cause: meritum autem aureole p̄t esse magis et minus. vnde ꝛ aureola potest esse maior ꝛ minor. Sciendum tamen q̄ meritum aureole potest intendi dupliciter. ¶ Uno modo ex parte radicis ¶ Aliomodo ex parte operis. Contingit eñ esse aliquos duos: quorum vnus ex minori charitate maius tormentum martyrij sustinet: vel magis predicationi instat: aut ēt magis a delectabilibus carnis elōgatur. intensioni ḡ meriti que attēditur penes radicem: non rn̄det intensio aureole: sed intensio auree: intensioni meriti que est ex genere actus respondet intensio aureole. Un̄ potest esse q̄ aliquis qui minꝰ in martyrio meretur q̄tum ad essentiale premium habebit pro mārtyrio maiorem aureolam.

Ad p̄m Ad primum ergo dicendū q̄ merita quibus debetur aureola non attigūt ad terminum perfectionis simpliciter: sed s̄m speciem: sicut ignis ē subtilissimus corporuꝫ. Unde nihil p̄hibet vnā aureolam alia esse excellentiorem: sicut vnus ignis ē

Ad 2m alio subtilior. ¶ Ad secundum dicendum: q̄ vna virginitas potest esse maior alia p̄pter maiorem recessum a virginitatis contrario: vt dicatur in illa esse maior virgitas: que magis occasiones corruptionis vitat. Sic enim p̄uationes intendi possunt: vt cum dicitur homo magis cecus: quia magis elongatur a visu.

¶ De pena damnatorum. Questio.xcviij.



Consequēter considerādum est de pertinentibus ad dānatos post iudicium. Et p̄mo de penis damnatorum: et igne quo eoꝝ corpora cruciabūtur. 2° de his que pertinent ad eorū affectum. ꝛ intellectum. 3° d̄ iustitia ꝛ mīa dei respectu damnatorum. Cc p̄mū queruntur. 7. p̄° vtꝝ damnati in inferno sola pena ignꝭ affligant̄. 2° vtrū ꝑmis quo affligunt̄ sit corporalis. 3° vtꝝ fletus in eis ex̄ns sit corporal̄. 4° vtrum tenebre eoꝝ sint cōporales. 5° vtꝝ ignis quo affligunt̄ sit corporalis. 6° vtrum sit eiusdem speciei cum igne nostro. 7° vtrum ignis ille sit sub terra.

¶ Utrum damnati in inferno sola pena ignis affligantur. Ar. j.

Ad primum sic p̄cedit̄ Uidetur q̄ dānati in inferno sola pena ignis affligant̄ Mat. 25. vbi eorum dānatio exp̄mitur fit mētiō solum de igne: cū d̄r. Ite maledci i ignē eternū. ¶ P̄. sic̄ pēa purgatorij debetur peccato veniali: ita pena inferni debetur peccato mortali. s; in purgatorio non dicitur esse nisi pena ignis vt patet per hº quod dicitur. j. ad Corin. iij. Uniuscuiusq̄ opus quale sit ignis p̄babit. ergo nec in inferno erit nisi pena ignis. ¶ Preterea Penaꝝ varietas refrigerium prestat: sicut calido: cum transfertur ad frigidū sed nullum refrigerium est ponere in damnatis. ergo non erūt diuerse pene: sed sola pena ignis.

primus

2m

3m

Sed contra est q̄d dicitur in psal. Ignꝭ sulphur ꝛ sp̄us procellarum pars calicis eorum. ¶ Preterea iob. 33

I opp̄m p̄m

2m

transibūt ab aliquis niuiuz ad calorem nimium.

Rñº prin cipalis. 4. dis. 50.q.2. ar.3.q.1 Respondeo dōm: q̄ ſm Basiliuz in vltima mundi purgatione fiet sepatio in elementis: vt qcquid est purū & nobile remaneat superius ad gloriam beatorū qcqd vo est ignobile & fetulentuz ininfernū pijciatur ad penā dānatoꝝ: vt sicut ois creatura erit beatis mā gaudij: ita dānatis ex oib⁹ creaturis tormētū accrescat: ſm illud Sap.5. Pugnabit cū illo orbis terre ɔtra isensatos. Hocetiā dīne iustitie cōpetit: vt sic ab vno recedētes per pctm̄ in rebus mālibus: que sunt multa & varia finem suum cōstituerunt: ita etiam multipliciter: & ex multis affligantur.


Ad pm Ad primū ḡ dōz: q̄ qz ignis ē maxime afflictiu⁹ pp hoc q̄ abundat in virtute actiua: ideo noie ignis ois afflictō dc signaf si sit vehemens. ¶ Ad 2m dōm: q̄ pena purgatorij nō est pncipaliter ad affligēdū: sed ad purgandū. vñ per solum ignē fieri dz q̄ maxime habet vim purgatiuam sed dānatoꝝ pena nō ordiatur ad purgādū: vñ nō est simile. ¶ Ad 3m dōm: q̄ damnati transibunt ex vehementissimo calore ad vehemētissimum frigus: siue hoc q̄ in eis sit aliquod refrigeriū: qz passio ab exterioribus nō erit per transmutationē corporis a sua pristina nāli dispōne: vt contraria passio ad equalitatē vł temperiē reducēdo refrigeriū causet: sic nūc accidit: sed erit p actionē spālē: ſm q̄ sensibilia agūt in sensum: put sentiunf īprimēdo fōmas illas ſm eē spūale in organū: & nō ſm esse mālē.

Ad 2m

Ad 3m

¶ Utrū vermis dānatorū sit corporalis. Ar.ij.

pm.



Ad secundum sic pedif. Uf q̄ vmis quo affligunf damnati sit vmis corporalis. Qz caro non potest affligi p vmē spūalem: sed caro dānatoꝝ affligetur per vermem. Judith.16.& dabit ignē & vmes in carnes eoꝝ. Et Eccl.7º. vīdicta carnis ipij ignis & vermis. ergo vermis ille erit corporalis. ¶ P. Aug. dicit.21. de ci. dei. vtrūqz idest ignis & vermis pena erunt carnis. ergo &c. 2m

Sz ɔtra ē qḋ Aug. dicit.20. de ciui. dei. In penis malorū inextingulbilis ignis et viuacissim⁹ vermis. Ab alijs āt aliter exponif. Alij vtrūqz ad corpus: alij vtrumqz ad aiam recēscēt. Alij proprie ad cōpus ignem: tropice ad aiam vermē: quod credibilius videtur. I opp m pm

Rñº. pncip. .q.2. Respondeo dōm: q̄ post diē iudicij in mundo innouato non remanebit aliqḋ aial vł aliquod corpus mixtum nisi corpus hominis tm̄: eo q̄ ñ habeat aliquē ordinem ad corruptionē: nec post illud tempus sit futura generatio et corruptio. Uñ vermis qui in dānatis ponitur non debet intelligi esse materialis sed spūalis q est cōscie remorsus: qui dr vermis inqsetum oritur ex putredine peccanti & animaz affligit: sicut corporalis vermis ex putredie ortus affligit pungendo.

Ad pm Ad primū ḡ dōm: q̄ ipe aie dānatoꝝ dicunf carnes eorum pro eo q̄ carni subiecte fuerunt. vel potest dici ēt q̄ p vermem spūalem caro affligetur ſm q̄ passiones aie redūdāt in corpus: & hic & i futuro. ¶ Ad 2m dicenduz. q̄ Aug. loquif sub quadā comparatione. Non enim vult simpliciter asserere q̄ ille vmis sit mālis: sed q̄ potius esset asserendum ignem & vermem materialiter intelligi q̄ q̄ vtrumqz spiritualiter intelligatur: qz sic nullam penam corporalem damnati sustinerent: vt pz seriem verborum eius ibidē inspicienti. Ad 2m

¶ Utrum fletus qui erit in damnatis sit corporalis. Ar.iii

ꝓmus AD tertiū sic pceditur. Uidetur ꝙ fletus qui erit in damnatis erit corpal'. Qz Luc.13. dicit q̄dā Glo. ꝙ per fletum per quem dn̄s reprobis cōminatur: potest ꝓbari vera corporuz resurrectio: quod nō eēt si fletus ille tātum esset spūalis ergo ꝛc.

scdm. ¶ P̄. tristitia que est in pena rn̄det delectatōi que fluit in culpam. secūdum illud Apoc.18. q̄tū glorificauit se ꝛ in delitijs fuit: tm̄ date illi tormētum ꝛ luctum: sz peccatores in culpa habuerūt delectationem nteriorem ꝛ exteriorem. g̃ habebunt fletum etiam exteriorez

i oppm Sed ꝯtra fletus corporalis fit per quādam resolutionem lachrymatuz. sed a corporibus damnatoꝝ nō potest fieri perpetua resolutio: cuz nichil in eis per cibuz restauretur. omne.n. finituz cōsumitur: si aliquid ab eo continue abstrahatur. ergo in dānatis non erit corporalis fletus.

Rº pn. vbi sup q.5. Rn̄deo dd̄m: ꝙ in fletu corporali duo inueniūtur. Quorum vnum est lachrymarū resolutio: ꝛ q̄tum ad hoc fletus corporalis in damnatis esse nō potest quia post diē iudicij quiescēte motu primi mobilis nō erit aliqua regeneratio vel corruptio vel corporalis alteratio: in lachrymarū autem resolutione oportet esse illius humoris generationem qui per lachrymas distillat: vnde q̄tum ad hoc corporalis fletus in damnatis esse nō poterit. ¶ Aliud quod inuenitur in corporali fletu est quedam cōmotio ꝛ turbatio capitis ꝛ oculorum: et q̄tum ad hoc fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem: corpora .n. damnatorū non soluz ab exteriori affligentur sed etiam ab interiori secūdum ꝙ corpus immutatur ad passionē anime bonam vel malam: et q̄tum ad hoc fletus carnis resurrectionem indicat ꝛ respōdet delectationi culpe q̄ fuit in anima ꝛ in corpore. Et per hoc patet respōsio ad obiecta.

¶ Utrum damnati sint in tenebrꝭ corporalibus. Arti.IIII.

AD quartum sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ damnati non sint in tenebris corporalibꝰ. pm Quia vt dicit Gre. in.20. lib. moral'. super illō Job.10. sempiternus horror inhabitans: q̄uis ignis ille ad consolationem nō luceat: sed vt magis torqueat aliquid lucet. Naz sequaces quos secum traxerūt de mundo reprobi flamma illustrati visuri sunt ergo nō erunt ibi tenebre corporales. secūdū ¶ P̄. damnati vidēt penā suā: hoc enim est eis ad augmētum pene: sed nihil videtur sine lumine. ergo nō sunt ibi tenebre corporales

tertiū ¶ P̄. damnati ibi habebunt potētiam visiuam post corporum resumptionem: sed frustra in eis eēt: nisi aliquid viderent. ergo cum nihil videatur nisi ī lumine: videtur ꝙ non sint omnino in tenebris.

i oppm. pm Sed contra est quod dicit Mat.22. Ligatis manibus eius ꝛ pedibus ꝓijcite eum in tenebras exteriores. super quod dicit Greg. Si ignis ille lucē haberet: ī tenebras exteriores nequaq̄ ꝓijci diceret. secūdū. ¶ P̄. Basilius dicit super illud ps. Uox domini intercidētis flammam ignis ꝙ virtute dei separabitur claritas ignis ab eius virtute adustiua: ita ꝙ claritas cedet in gaudium beatorum: ꝛ vstiuum ignis in tormentum damnatorum. ergo dānati habebunt tenebras corporales: quedam vero alia que ad penam damnatoꝝ pertinent determinata sūt.

Rº pn. vbi sup q.4. Respondeo dicēdum: ꝙ dispositio inferni erit talis ꝙ vt maxime miserie dā

natorum competat. Unde secundum hoc sunt ibi lux et tenebre: prout maxime spectant ad miseriam damnatorum: ipsa autem visio secundum se delectabilis est. Ut enim dicitur in principio metaphysice: sensus oculorum est magis diligibilis: eo quod per ipsum plura cognoscimus: sed per accidens contingit visionem esse afflictivam: inquantum videmus aliqua nobis nociua: vel nostre voluntati repugnantia. et ideo in inferno non debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem et tenebras: ut nihil perspicue videatur: sed solum modo sub quadam umbrositate videantur ea que afflictionem cordi ingerere possunt. Unde simpliciter loquendo locus est tenebrosus. Sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliquid luminis: quantum sufficit ad videndum illa que animam torquere possunt. et hoc satisfacit naturalis situs loci: quia in terre medio ubi infernus ponitur: non potest esse ignis nisi fetulentus et turbidus: et quasi fumosus. Quidam enim tenebrarum harum causam assignant ex commassatione corporum damnatorum que pre multitudine ita replebunt locum inferni: quod ibi nihil de aere manebit: et sic non erit ibi aliquid de dyaphano quod possit esse subiectum lucis et tenebre: nisi oculi damnatorum qui erunt obtenebrati. ¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Utrum ignis inferni sit corporalis. Ar. v.

primum. AD quintum sic proceditur. Uidetur quod ignis inferni quo cruciabuntur corpora damnatorum non sit corporeus. Dicit enim Dam. in. 4. lib. in fine. Tradetur dyabolus et demones: et homo eius. s. antichristus cum impiis et peccatoribus in ignem eternum: non materialem: qualis est qui apud nos est: sed qualem nouit deus: sed omne corporeum est materiale: igitur ignis inferni non erit corporeus. ¶ Preterea. anime damnatorum a corpore separate ad ignem inferni deferuntur. sed Aug. dicit. 12 super Gen. ad litteram. Spiritualem arbitror esse. s. locum ad quem anima defertur post mortem: non corporalem. ergo etc. ¶ Preterea. ignis corporeus in modo sue actionis non sequitur modum culpe in eo qui igne crematur: sed magis ad modum huiusmodi et sicci. In eodem enim corporeo videmus affligi iustum et impium: sed ignis inferni in modo sue afflictionis vel actionis sequitur modum culpe in eo qui punitur. Unde dicit Gre. in. 4. dial. Unus quidem est gehenne ignis: sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Unusquisque enim quantum exigit culpa: tantum sentiet de pena. ergo non est corporeus. secundum tertium.

SEd contra est quod dicitur. 4. dial. ignem gehenne corporeum esse non ambigo: in quo certum est corpora cruciari. ¶ Preterea. Sap. 5. dicitur. Pugnabit orbis terrarum contra insensatos: sed non totus orbis terrarum contra insensatos pugnaret: si solum modo spirituali pena et non corporali punirentur. ergo punientur igne corporeo. in oppositum primum. secundum.

RESPONDEO dicendum: quod de igne inferni multiplex fuit positio. Quidam enim philosophi: ut Aui. resurrectionem non credentes solius anime post mortem penam esse crediderunt. Et quia eis inconueniens videbatur: ut anime cum sint incorporee igne corporeo punirentur: negauerunt ignem corporeum esse quo mali punirentur: volentes: quod quicquid dicitur de pena animarum post mortem per aliqua corpora futura metaphorice dicatur. Sicut enim bonarum animarum delectatio et iocunditas non erit in aliqua re corporali: sed spirituali tantum erit in consecutione sui finis ita afflictio malorum spiritualis erit tantum in hoc. s. quod tristabuntur de hoc quod separabuntur a fine cuius Ro pn. 4. di. 44. q. 3. ar. 2. q. 1.

inest eis desiderium naturale. Unde sicut oia que de delectatione aiarum post mortē dicūtur: que videntur ad delectationem ptinere corporalem: vt. q reficiātur vel rideāt vel hmōi: ita et quicqd de eay affli ctione dr qd incorporales punitio nem sonare videatur: p similitudinem debet itelligi: sicut q in igne ardeant: vel fetoribus affligātur: et hmōi. Spūal. n. delectatio et tri stitia cuz sint ignota multitudini: opz q per delectatiōes et tristitias corporales singulariter manifestē tur: vt homines magis moueātur ad desiderium vel timores. Sed qr in pena dānatorum nō solum erit pena dāni que respōdeat auersiōi que fuit in culpa: sed etiā pena sen sus que respōdeat conuersioni: ideo non sufficit predictū modum puni tionis ponere: et ideo etiā ipse Aui cenna alterum modū superaddit di cens: q anime malorum post mor tem nō per corpora: sz per corpoz similitudines puniātur: sicut in sō nis pter similitudines predictas in imaginatione existētes: videtur homini q torqueatur penis diuer sis. Et hunc etiam moduz videtur ponere. Aug. in. 12. super Gen. ad litteram: sicut ibidē manifeste pz. Sed hoc videtur incōueniēter di ctum esse. Imaginatio enim potē tia quedā est vtens organo corporali: vñ n pōt ee q visiōes hmōi imagi narie fiāt i aia sepata a corpe sicut in aia sōniātis. Uñ et Auic. vt hoc icōueniēs euitaret: dixit q anime separate a corpe vtebantur pro or gano quasi aliqua parte celestis cor poris: cui corpus humanū oportet esse cōforme ad hoc q perficiatur anima ratiōali: que est similis mo toribus celestis corporis: i hoc cō secutus quodāmodo opinionē an tiquoz philosophoz q posuerunt animas redire ad orbes stellarum. Sed hoc est omnino absurdum se cundum doctrinam philosophi: qr anima vtitur determinato organo corporali sicut ars determiātis in strumentis: vnde non potest trāsi re de corpore ad corpus. quod Pi ctagoras ponit: vt dicitur in pmo de anima. Qualiter autē ad dictū Aug. sic respōdēdum ifra dicetur Quicqd aūt dicatur de igne q ani mas separatas cruciat: de igne tñ quo cruciabūr corpa dānatoz p resurrectionez oportet dicere q sit corporeus: quia corpori nō potest conueniēter adaptari pena nisi sit corporea. Unde Greg. in. 4. dial. ex hoc ipso pbat ignem inferni eē corporeuz: q reprobi post resurre ctionem in eum detrudātur Aug. enim vt habetur in littera: mani feste confitetur ignē illuz quo cru ciabuntur corpora esse corporeuz. Et d hoc ad p̄sens est questio. Sz hoc supra dictum est qualiter ani me damnatorum ab igne isto cor poreo puniantur.

Ad primū ergo dicēdum: q Dam. non negat simpliciter illum ignem materialem esse. sed q nō est materialis ta lis, qualis apud nos est: eo q qui busdam proprietatibus ab hoc ig ne distinguitur. Uel dicendum: q quia ignis nō materialiter alterat corpora: sed quadam spirituali a ctione agit in ea punitionem: ideo dicitur non materialis esse: nō qn tum ad substātiam: sz qntum ad pu nitionis effectum in corporibus: et multo amplius in animabus. Ad pm

¶ Ad 2m dōm: q dcm Aug. pōt hoc modo accipi vt pro tanto dica tur locus ille ad quem anime defe runtur post mortem nō esse corpo reus: quia anima i eo corporaliter non existit per modum. s. quo cor pora existūt in loco: sed alio modo spirituali: sicut angeli in loco sunt Unde dicendum q Aug. loquitur opinando et nō determinando: si cut sepe facit in libro illo. Ad 2m

¶ Ad tertium dicenduz: q ignis. Ad 3m

ille est instrm dine iustitie punien tis. Instrumētum autē nō solum agit in btute ppria et per pprium modū: sed etiā in btute pncipalis agentis: et scdm q est regulatum ab eo. Uñ q̄uis scdm ppriam btu tem nō habet q aliquos cruciet bz magis vel minus scdm modū pre dictum: habz tamē hoc bm q eius actio modificatur ex ordine dine iustitie. Sicut etiā ignis fornacis modificatur ex industria fabri in sua actione secundum q competit ad effectum artis.

¶ Utrum ignis inferni sit eiusdē spēi cum igne nostro. Arti. vj.

pmum AD sextum sic p ceditur. Videt q ignis ille nō sit eiusdem spēi cuz igne isto corporeo quem videm⁹. August. enim dicit: et habet in lra. Ignis eternus cuiusmodi sit arbi tror neminem scire nisi cui spūs di uinus ostēdit. sed naturam istius ignis oms: vel fere omnes sciunt: secūdū. ergo ignis ille nō est eiusdem spēi aut nature cum isto. ¶ p. Grego. dicit .15. moraliū. exponens illud Job. 20. deuorabit eum ignis qui non succenditur. ignis corporeus vt esse valeat: corporeis indiget fo mētis. nec valet nisi succēsus esse: et nisi refotus subsistere. At cōtra gehēne ignis cum sit corporeus et ī semetipso reprobos corporalr exu rat: nec studio humano succēditur nec lignis nutritur: sed datus se mel durat inextiguibilis: et succen sione nō indiget: et ardore non ca ret g nō est eiusdez nature cum eo Tertiū quē videmus. ¶ p. eternum et cor ruptibile nō sunt eiusdē rōnis: cū nec etiā in genere cōmunicent bm philosophum in .10. metaphysice. sed iste ignis est corruptibilis: ille autez eternus. Matth. 25. Ite ma ledicti in ignem eternum. ergo nō est eiusdem nature. ¶ p. de natu quartū. ra huius ignis nostri est vt luceat: sed ignis inferni non lucet. Unde Job. 18. Nōne lux impij extingue tur? ergo vt prius.

Sz cōtra secunduz philoso phum in. 3. Tho pi. Omnis aqua omni aque est idē specie. ergo eadem ratione: omnis ignis: oi igni est idez specie. ¶ p. Sap. ij. dicitur. Per que peccat qs per hec et torquetur. sed homines peccant per res sensibiles huius mundi. ergo iustum est vt per eas dem puniātur. — loppom primuz — secūdū.

